
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
3 G
13

SCOTICVM
OPVSCVLVM
DE SCIENTIA, ET VOLVNTATE DEI IN ORDINE AD VLTIMVM FINEM.

AVCTORE
PATRE GASPARE SGHEMMA
ORD. MIN. CONV. S. OFFICII REGNI SICILIAE CONsultore, Diœcesis Panormitanæ Theologo Deputato.

AD REVERENDISS. PATREM
P. FRANCISCVM PICCOLOMINI
GENERALEM PRAEPOSITVM TOTIVS SOCIETATIS IESV.





PANORMI, Ex Typogr. Petri de Isola, Impress. Camer. M DC.LI
Imprim. Salernus V.G. *Imprim. Ioppulus P.P.*


Reuerendissimo Patri, ac Domino Colendissimo,

PATRI FRANCISCO PICCOLOMINI

SOCIETATIS IESV PRAEPOSITO GENERALI.

FR. GASPAR SGHEMMA ORD. MIN. CONV.

DOCTOR THEOLOGVS F.



N altissimo pelago, quin immo vastissimo Oceano Scientiæ, & liberæ Voluntatis Dei; in quo omnes Christi fide, tamquam in Ecclesiæ nauigio vecti, ad portum vltimi, sēpiternique nauigant boni; Societas vestra doctissima Pater Reuerendiss. veluti Pharus, multis collucens facibus, præluxit. Quare, cum Ego S. Francisci alumnorum, & Scoti assectarum, & præconum Verbi diuini minimus, in sacris litteris, & Scholasticis controuersijs aliquantulum versatus, deprehenderim doctrinam hanc de Scientia, & Voluntate Dei, quam meis hisce paginis consignatam relinquo, consentaneam esse veterum Patrum, Augustini præsertim, & duorum Theologicæ Scholæ Ducum, S. Thomæ, & Scoti, ac Patrum Societatis vestræ subtilissimis disputationibus; eius potissimum inscriptam nomini prodire in lucem volui, qui suprema auctoritate eam regit familiam vniuersam, quæ multum operæ, ac studij in eam illustrandam contulit doctrinam, implicatis sane difficultatibus obseptam, sed apprime hominum mentibus necessariam, ad eas instruendas, & impellendas ad opera præclara Virtutum, quibus cælestis beatitudo, desideriorum omnium obiectum, ac plena satietas comparari possit. Igitur cū Paternitati Vestræ Reuerendissimæ intimo quodam animi

sensu, semper antea fuerim addictus, & toti Societati multis nominibus vivam obstrictus, nunc etiam hoc opusculo tanquam externo quodam argumento, & reverentiam meam contestari, & tamquam exiguo pretio partem debiti dependere, optimum duxi. Sic P.V. Reverendissima non tam ipsum munusculum, quod levius meritis est, quam animum aestimet offerrentis, qui plura vellet, & maiora si copia esset, offerre. Vale.



FR.

FR. MICHAEL ANGELVS CATALANVS A SANCTO MAVRO
Artium, & S. T. Doctor, & Vniuersi Ordinis Minorum
Sancti Francisci C. Minister Generalis.

OPVS compositum à Patre Magistro Gaspare Sghemma à Panormo, continens tractatum de scientia, & Dei voluntate in ordine ad vltimum finem; examini, & recognitioni Patris Magistri Bonauenturæ Belluti de Catana commisimus; cumq; ab illius diligenti peruentilatum indagine, nihil repertum sit continere, quod illi ad prælum viam præcludat, vt prælo detur, his nostris seruatis seruandis concedimus. Dat. Assisij è Sacris AEdibus die 9. Iunij 1650.

Fr. Michael Angelus Minister Generalis.

Fr. Bonauentura de Sextrio Secr. Ord.

DON VINCENTIVS LIPOCELLI PHILOSOPH. S.T. ET V.I.D.
in Prima Metropol. Eccles. Canonicus examinis Deputatus, ac
in cõtrouersijs Theol. Illustriss. & Reuerendiss. D.D. Martini de Leon, & Cardenas Archiepiscopi Panormitani Consultor.

SCoticum hoc Opusculum de Scientia, & voluntate Dei in ordine ad vltimum finem Adm. Reu. Patr. Magistri Gasparis Sghemma Panormitani Ord. Min. S. Francisci inoffenso percurrendum pede in rebus fidei existimaui, doctrina clarum, subtilitate eximium, auctoris ingenij filium; si in lucem, vt arbitror, proferatur, luce ipsa erit clarius; sic oro, & exopto, sic omnibus profecturum promitto.

Vincentius Lipocelli.

EX mandato Reuerendissimi Domini D. Francisci Salerno Vicarij Generalis in hac Diœcesi Panormitana; Vidi, & attentè legi Opusculum Ad. Reu. P. M. Gasparis Sghemma de Scientia, & voluntate Dei; & in eo nihil offendi, quod non esset consonum fidei Catholicæ, & bonis moribus; quinimo admiratus sum auctoris ingenium perspicax, subtile, & nitidum, quippe admirabili societate coniungat breuitatem in disputando, cum perspicuitate dictionis. Propterea censeo opus hoc esse dignissimum auctore in nostra hac Vrbe præclare; & dignum vt typis vulgetur. Sic censeo in Collegio Panormitano 31. Ianuarij 1648.

Georgius Tagliauia Societatis Iesu.

Vidi

Vidi iussu Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Ferdinandi Andrada, & Castro Archiepiscopi Panormitani, ex mandato etiã Illustrissimi Domini D. Lucij Denti in Magna Regia Curia huius Regni Siciliæ Præsidis, librum, cui Titulus (Scoticum Opusculum de Scientia, & voluntate Dei in ordine ad vltimum finem, Auctore Patre Gaspare Sghemma Ord. Min. Con. S. Officij Regni Siciliæ Consultore, & Diœcesis Panormitanæ Theologo Deputato.) Et nihil in eo deprehendi, quo minus imprimi posset, quinimo opus & ingenij vbertate, & in difficultatibus enodandis acumine Scoticæ subtilitati non impare, dignũ esse censeo, quod omni laude gloriosa æternitati tradatur ad sapientũ admirationem, ad orbis commodum. Vnde vt typis mandetur, & per omnium manus promulgetur, quamprimum curandum arbitror. Panormi die 24. Ianuarij 1648.

Hieronymus la Chiana è Societate Iesu Illustris. & Reuerendis. Dñi Archiepiscopi, & Illustris. Præsidis Deputatus.

Opus hoc à Patribus Hieronymo la Chiana, & Georgio Taglauia Theologis Societatis Iesu recognitum, prudentiq; iudicio approbatum, nostra etiam auctoritate eo latiore animo comprobamus, quo & Auctoris sapientiam, præclarissimasque virtutes sæpius experti, sẽper tantum virum publica laudum celebritate donandum iudicauimus; quare opus vt imprimatur lubentissime mandamus. Panormi Die 3. Februarij 1648.

D. Franciscus Salernus V. G. *D. Didacus Ioppulus F. P.*

INDEX
QVÆSTIONVM.
SCOTICI OPERIS.
DE SCIENTIA, ET VOLVNTATE DEI.

no-



De Scientia, & Voluntate Dei in Ordine ad Finē. Titulus xxxix.

An voluntas Dei ad extra, & sua decreta antecedentia ante præuisionem, sint nobis indifferētia nec vltima determinatione respectu eorum, quæ vult, & præcipit libere nos velle. 1

COgnitio Dei ad extra ante decreta, terminatur ad creaturas secundū esse possibile; & vt essentia ante decreta est ratio cognoscēdi, ita post decreta. Nec potest voluntas determinare, quin intellect' videat. Sic voluntas vbi intellectus scientiæ simplicis notitiæ omnia possibilia videt; & ex omnibus possibilibus aliqua determinatè futura voluit, cæteris in sua possibilitate relictis, voluntate antecedente, affectu libero, quantū ex parte sui voluit oēs saluos fieri, in cognitionē veritatis venire, dedit omnibus sufficientia, leges rectas, vt salui fierent; dona, & gratiā, quibus verè possent 1. d. 39. § viso. d 46.

Dico. voluntas Dei, & sua decreta antecedētia, vt omnes salui fierēt à quauis præuisione absoluta, & conditionata sunt indifferētia, libera, nec vltimā determinationē habent. Scot. 1. d. 46. voluntate antecedente vult omnes saluare: quantū ex parte sui dedit naturalia, leges rectas, sufficientia ad salutē, quibus possēt benè viuere, & saluari. 2 d. 34. q. 1. L. M. Deus quidquid vult antecedenter, causat quantum est ex parte sui, nisi impediatur. 4. d. 19 D. vniuersaliter nō negat creaturis causalitatē, quę pōt eis cōpetere, imo & illā cōmunicat, & ad eius actionē causis secundis assistit. 2 d. 38. infra D. naturā rationalē semper perducit ad finē, si nō fuerit ex parte sui impedimētū, & defectus 1. d. 39. M voluntas Dei ad quodlibet ad extra contingenter se habet, vt possit esse oppositi, vt & nostra, & id potentia reali.

Prob. Eccl. 7. gratia datur in conspectu omnis viuentis Prou 12. qui bonus est hauriet gratiā à Domino. Ephes. 4 vnicuiq gratia secundū mensurā donationis Christi. 1. Tim. 4 hæc est volūtas Dei sanctificatio vestra. 2 Petri 3 nolens aliquos perire, sed ad pœnitentiā reuerti. Ro. 12. reformamini in nouitate sensus, vt probetis, quæ sit volūtas Dei bona, ac beneplacens, & perfecta Ioā. 6 hæc volūtas eius, qui misit me Patris, vt omne, quod dedit mihi non perdā ex eo. Matt. 7 qui facit volūtatē patris, qui in cælis est, ipse intrabit in regnū cęlorū. Ezech. 18. nūquid voluntatis meæ est mors impij, & nō vt cōuertatur, & viuat?

Prob. Scot. d. 46. vltima determi-

minatio, quavult efficaciter res poni in esse, omnipotens, impediri non potest, immutabilis, sẽper impletur: ergo voluntas antecedens quæ est in Deo voluntas signi qua præcipit, prohibet, permittit est antecedẽs, nec impletur in omnibus, est ante præuisionẽ, & inefficax Ant. volũtas beneplaciti, quæ est vltima dedeterminatio, respectu cui' De' est sicvolens, illud erit: ante nostrã præuisionem nihil absolutè erit. 1 Decreto quo statuit Deus mũdũ creare, & in ipso causas secundas liberas ponere, voluit vt liberè agerent cũ dominio sui actus, & ex hoc determinauit se accõmodare illis, vt cũ illis ageret libere per cõcursũ paratum ad vtrũque; cũ naturalibus, per concursũ ad vnũ: ergo decreta Dei vt antecedunt præuisionẽ non vltima determinatio. 3 Tridẽ: sess. 6. c. 20 vt euangeliũ Dei sit nuda, absoluta promissio vitæ ęternæ, sine conditione obseruationis mandatorũ, anathema: ergo ante conditionẽ nõ absoluta promissio. 4 volũtas Dei nil aliud respicit necessario ꝓ obiecto ab essentia, ad alia contingẽter se habet, & potest esse oppositi; non tantũ vt prior naturaliter suo actu, sed vt actu volens, potest tendere in oppositũ; vt & volũtas nostra, ita elicit actũ, vt possit oppositũ ĩ eodẽ instãti elicere: & id tã põa logica, quã reali; ergo Decreta Dei, vt præcedunt actũ, & ꝑuisionẽ sunt indifferẽtia. Ant. Essẽtia Dei est ratio intellectui cognoscendi cõplexa, & simplicia; contingentia, & necessaria; nèc ab alio ab essẽtia mouetur, vilesceret, si pateretur ab alio; sed antequã habeat determinatã veritatẽ, non sunt vera, ergo essentia non est ratio cognoscendi, nisi vt indifferentia; essent determinatè si fuissent vera in primo instanti. 5 nõ potest voluntas determinatè, quin intellectus determinatè appræhendat, sed voluntas antequã cõtingentia obiecti sit cognita, est volẽs cõtingentiã, & libertatem ergo non vult determinatè, sed contingenter, & voluntas antecedens in Deo est indifferens. 3 Prob. PP Aug. 7 Ciu. c. 3. sic Deus res administrat, vt mot' suos agere sinat. de cor. & grat c. 12. Deũ sic ordinasse Angelorum, & hominũ vitã, vt in eis ostẽderet, quid posset eorũ arbitriũ, inde quid posset suæ gratiæ, & iustitię iudiciũ. Ambros. in c. 1. Luc. nouit Dominus mutare sententiã, si noueris emendare delictũ. Hierõ. in Amos ad ca 9. si ageremus pænitẽtiã, ipse quoque suæ pænitebit sententiæ. super Dan ad c. 4. si ꝑdixit sentẽtiã Dei, q̃ mutari nõ potest, quomodo hortatur ad eleemosinas, & misericordias pauperũ, vt Dei sententia cõmutetur? ergo decreta antecedẽtia nõ sunt absoluta, vltima determinatione, sed indifferentia, an-

te omnem præscientiam.

Arguent Thomistę Caet. Bannes, Aluarez, Zumel; alij, *Isai.* 46 consiliũ meũ stabit, & voluntas mea fiet. Psal. 113 omnia quæcũque voluit, fecit. c. 11. quomodo posset aliquid permanere; nisi tu voluisses Apoc. 4 propter volun tatẽ tuã erãt. Prou. 21 Cor Regis in manu Domini, & quocunque voluerit, vertet illud Rom. 13 q̃ cũque sunt, à Deo ordinata sunt ergo *Decreta Dei* absoluta, ad vnũ. 2 voluntas Dei prima, & totalis radix vnde futura cõtingẽ tia sint futura. 3 non stat *Deum* velle ab æterno aliquid fore à voluntate creata, & q; illud nõ sit futurũ; non est, qui tuæ possit resistere voluntati. 4 Deus cum causis liberis sic se habet, vt faciat illas facere, Ezech. faciã vt in præceptis meis ambuletis. Apost. Dat velle, & perficere. 5 Mattheus, *Paulus*, Magdalena, latro, decreto absoluto, nulla p̃uisione ne poterãt vocari. 6 Rom. 9. cum nõ dũ nati fuissent, nec boni aut mali egissent, ergo antecedẽter. 7 Deus ex nullo capite certo sci re potest effectus futuros, nisi ex decreto volũtatis. 8 volũtas crea ta indifferens, & ab alio, ergo ab alio determinatur. 9 *Deus* nouit me sessurũ cras, si decretũ est indifferens, posũ non sedere cras, ergo scientia Dei potest falli. 10 si in futuris contingentibus nõ est determinata veritas, scientia Dei esset limitata, nõ omnisciẽs nec eius voluntas omnipotens; expectaret creatã volũtatẽ.

Ad I quę voluit fecit, tã absolutè, conditionatè, & libère, Prout se reuelat in scripturis, quę in ma nu concilij hominis, in quibus li berã habemus optionẽ; Decretũ antecedens, vt indifferens relinquit arbitriũ, paratus De᷉ ad vtrumque; ante præuisionẽ sub cõditione absolutè non vult, qa ità decreuit velle. Adę si comederis, morte morieris. Caino sub te appetitus tuus, si benè egeris, recipies; sin male peccatum in foribus aderit. Ais per voluntatẽ tuã erant Cor Regis in manu Domini. omnia à Deo ordinata sunt ℟ q̃ Deus voluit fecit: at sicut liberos nos voluit, cũ li bertate agere, liberos nos finit, cum suæ gratiæ adiutorio; decreto parato ad bonum, ad quæ confert præuisio, q̃ est Dei consiliũ, p̃scientia, nouit Dominus. Ad 2 prima, & totalis in his, quę immediatè à Deo; in his quę ex libero arbitrio, nequit absolutè velle, quin videat, quid vellem᷉. radix, quia Deo volente dedit arbitriũ, gratiã, inspirat, adiuuat, vt velimus. 3 quia vltima determinatio volentis Dei, qua Deus absolutè vult, illud erit. Contra, si Decreta antecedentia non essent absoluta, determinata, possent impediri, impoã in Deo, nec ex se sufficerent. ℟ nõ impoã, nec necessitas agẽdi sibi, sed vt non necessitate, volũtate,

libertate, bona à nobis fierent, & potestatē quisque haberet suę voluntatis: ante hominē vita, & mors. Ad 3 quæ vult voluntate beneplaciti, vltima determinatione, illud erit absolutè; quę voluntate antecedenti, aut volūtate signi, illud erit vt signū cōforme voluntati Dei, quæ finit causas liberas libere agere, elige vitā, & viues, Deut. 30. Ad 4 ex voluntate absoluta concurrendi, & agendi cū volūtate ad omnes actus in particulari vltima determinatione: ex voluntate antecedente, qua dat vt possimus ambulare: saluatur innocēs mūditia manuū suarū Iob 5. potuit transgredi, & non est transgressus, Eccles. 31. Contra dat velle, & perficere. ℞ quia non qui plantat, non qui rigat, sed Deus incrementū dat. Dei adiutores sumus. Non ego, sed gratia Dei me cū; arbitriū & gratia; si volueritis & audieritis: si nolueritis, & me ad iracūdiā prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Ad 5 in act° qui viribus naturæ non possent fieri, Dei gratia excitati, præuenti, vocati: non fine nostro consēsu, nec Physicè determinati, vi decreti absolutè, ante præuisionē, sed congruè vocati; Reddite prę uaricatores ad cor. In cōspectu eius suadebimus corda nostra. Non ego, sed gratia Dei me cū. Contra; vocatio Pauli, & Matthei incongrua, ille in fragranti delicto, iste ineptus vt contemneret pecuniā. ℞ incōgrua consilio hominis, non Dei, qui obtēperaturos sciebat. ad 6 ibi quoad dona, & beneficia huius vitæ, vt ex textu liquet. 2 si de electione; non aliquid boni, aut mali propter quod nos sciamus. nō ex operibus vt ex causa, sed vt ratione, & cōditione. Vel quia certa, & vltima determinatio futurorū, non ex operibus, non sunt codignę passiones. Ad 7 ad sciēdū, & ad volitū certo futurum ex decreto absolutè, & vltimò; ad sciendū inclinationē creatæ voluntatis, satis præuisio, decretū antecedens volendi concursum præbere, si ipsa velit. 2 voluntas creata indifferens non passiuè, sed actiuè, in ordine suo se determinat cū Deo. antecedenter vellet Deus, & vellet consequenter si creatura vellet, Volui congregare filios, & noluisti. sine cōsilio tuo nihil volui facere, ad Philemonē, ne velut necessitate bonum tuū esset, sed voluntariū. Ad 8 à Deo, à quo arbitrium habet esse; præuenit vt bene agamus, inspirat, adiuuat, non Physicè determinat. merita nostra Deo præueniēte, adiuuante, non ad vnum prædeterminante. Ad 9 Intellus Dei nō sequitur res, vt effectus causam, tamē est comitantia, vt sicut res potest nō esse ita intellectus Dei potest nō scire; nec vnquā sequitur, quod cognoscat rem aliter quā est, quod est præscire prout est, & erit. 2 si

cut

cut res scita potest non esse, ita Deus pōteā non scire, & si non erit non sciat. Ad 10 non est determinatio ex parte futuri, tamē alicui intellui vna pars vera, nō tñ vt prior sua causa, q̄ dedit esse & sic præuisio. 2 indeterminatio est ex parte causę secundæ, quæ pōt ꝓ istanti, quo agit nō agere; hinc de futuris oportet cōsiliari, & negotiari; nō ex parte Dei, q̄ p̄scit ꝙ est futurū. 3 in p̄sentibus, & p̄teritis est veritas determinata; aliud extremū positum est in esse, & vt positum non est in potestate causæ, at respectu futuri nō est determinatio, nisi vt prescientiæ, & p̄uisioni; ante p̄uisionē, vt pōa pōt esse vtriusq; ita voluntas pōt velle. Contra. Deus nō aliter nouit facta, quam fienda, ergo semper videt determinate. ℞ ꝓ instanti reali, nō pro signo rōnis, quo p̄cipit nos velle, dat posse, & finit nos liberè, exhibet concursum. 2 semper p̄sentia in esse obiectiuo, nihil de nouo tunc accipit à rebus scia, sed in sua essia vbi relucent oīa.

An Deus præsciat futura sub cō ditione, q̄ reuelātur in scripturis, & illa puisa sint ante vltimum decretum, & absolutum sua voluntatis; in via Scoti. 2

DEus instanti ac signo, quo decreuit creare vniuersū & in eo res omnes, q̄ sunt, fuerunt, & erunt; inter eas voluit antecedenter esse causas liberas cū dominio sui actus; Eccl. 15. cōstituit Deus hominē in manu cōcilij sui; Gen. 2. de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Gen. 4. sub te appetitus tuus. Deut. 30. mandatū, quod præcipio, nō est supra te, iuxta te, vt facias. 1 cor 7 potestatē habēs suæ voluntatis. 2 cor. 7 vnus quisque prout destinauit in corde, non ex iustitia, aut necessitate. Isa. 1 si volueritis, & audieritis me, si nolueritis gladius deuorabit vos. Iob 5 saluabit̄ innocens in mūditia manuū tuarū. Ex hoc decreto concessū est causis liberis, vt eligerēt, & determinarent se ipsas, De' ex parte sui vt prima causa exhibet cōcursū paratū, & decreuit cū ipsis agere, dedit sufficientia, vt possent agere; 1 cor. 4 omnis sufficientia nostra ex Deo est. Iosue vltimo, Optio data est Iudęis an Deū sequi velint. Eccl. 30. potuit transgredi, & nō est trāsgressus. Matt. 25. quinq; talēta tradidisti mihi, ecce alia quinque lūcratus sum. hinc decreto in 1 instāti, & signo, essentia diuina mouet ad possibilia. in 2 mouet intellectū ad omnes determinationes futuras, quid vellēt causæ liberæ ex hypotesi, quod in diuersis rerū ordinibus ponerētur; nā 1 signo tantū in esse possibili, & neutro erāt: at ex hoc, quod in isto, vel illo ordine ponātur, & p̄mittat illas agere, videt quid ex

ipsis

ipsis flueret, & vellent; hinc intellectus post primũ decretũ, videt quid secundæ causæ vellent in quouis rerũ ordine : nã vt ait Scotus, nulla causatio alicui' causę potest saluare cõtingẽtiã, nisi 1 causa ponatur immediatè cõtingẽter causare; nec vlla cõtingentia potest esse in sciendo aliquid, quod non scit contingenter causare, non quod ista præuisio faciat determinatè vera ; quia nihil est tunc, quod habeat determinatam viritatem, nec veritas absolutè depẽdet ab hoc actu; si per impossibile non esset volens, esto essent cognita, nunq̃ esset determinate vera ; & hoc Scotistæ docẽt nõ habere determinatã veritatem, nec cognosci certo in rebus vt futuris, sic vilesceret intellectus Dei, sic pateretur ab alio extra essentiã; si cõplexio futura ab alio quã à volũtate; at sẽper docẽt actũ Dei trãsire sup obiecta cõtingẽter, & sit necessitas scientiæ in se, cũ contingentia respectu obiecti. Imo Scotus. d. 39. O. si in oculo meo ex potẽtia visiua esset vnus act', qui sẽper staret, & ab aliquo presentante, nũc iste color, nũc ille sit præsens, eadẽ visio, tamẽ pri', & posteri' ob aliud, & aliud, quod representat. & si vnus præsens naturaliter, alter liberè; nõ differẽtia in visione formaliter, tamẽ cõtingẽter vnũ, necessario aliud, in quantũ vnũ præsens cõtingẽter, aliud necessariò, sic vtroq; modo intellectus Dei videt ; at determinatè, & absolutè quod voluntas determinat. hinc prior præuisio, quam voluntas determinet, & sic stat cõtingẽtia obiecti, non potest voluntas determinare, quin intellectus apprehendat.

Dico. Necesse ẽẽ Scotistis; Ante decretũ, & vltimã determinationem diuinæ voluntatis, dare in Deo p̃uisionem futurorũ sub conditione, quam sciam vocant mediam; si non inter naturalẽ, & liberam (hæc enim immediatè opposita, & scia media adhuc liberũ inuoluit) tamen mediã inter scientiã simplicis notitiæ possibilium, & absolutè futurorum; seù visionis, & simplicis intelligentiæ; & consona est scripturis, & veritatibus à Deo reuelatis. Contra Thomistas ex familia Ord. Prædic.

Prob. 1 ex Scoto vt certæ sint reuelationes Dei, vt videat, p̃sciat Deus aliqua esse futura quoad causas naturales, & inferiores si suæ causalitati dimitterẽtur; mortuus fuisset Ezechias quoad causas inferiores, ex parte sui ante vltimũ decretũ ; sed vidit ab æterno orationes, deuotiones, & lacrymas, & vltra terminũ addidit sibi annos quindecim. Corpus Christi quoad intrinseca naturalia, calorẽ, frigus humores, post mortẽ fuisset resolutũ, quoad causas inferiores, & sm̃ q̃d, si sinerẽtur agere; absolutè

lutè quoad causas superiores Deus prohibuisset eorũ causalitatem, etiam si dilata fuisset resurrectio, ergo prescit Deus qđ esset futurum ex parte causarũ, si sinerentur agere; & quid voluntas si poneretur in tali ordine, quod erat futurum 3.d.21.A.

II. Vt decreta antecedentia sint pportionata causę liberę; voluntas creata cum agit contingéter, & nõ necessario, prius natura poterat æquè se determinare ad vnum, sicut ad aliud, & ęquè agere, & nõ agere; libertas est cũ põa formaliter, & ęqualiter ad opposita, & actu potest prioritate nãrę ęquè se determinare ad vnum, vt ad aliud, 1 d.39.S.

III. Vt idem pręcognitum ab æterno cum modo agendi in tẽpore, nunc cum voluntate creata liberè; ergo ab æterno non decreuit nisi volnntate creata liberè agente, ac se determinãte, 3.d.17 E.ibidem Deus non determinatur ad operationem, nisi voluntate liberè agente, & determinante se ad operandũ, & tunc Deus operatur cũ ea; licet nõ sit prima libertas, & dominiũ, sed in voluntate Dei, q̃ non habet aliam causam operãtem cum ea; tamen est ibi tanta, quã ta põt esse in creatura.

IIII. Vt Deus antecedenter causet qm̃ est ex parte sui, & cõsequenter causaret nisi impediatur, 3 d.34 q 11M.

V. Vt contingentia nata sint habere cognitionem, & euidẽtiam perpetuam, q̃ nata est videri eorum connexio, & coniũctio, in primo objecto; Prol. q. 4.art.1.C.D.

VI. Vt contingens dũ est cõtingens, no põt sciri ab intẽllu, sed postq̃ positũ in esse, vt habet determinatã veritatẽ, ita intelligibilitatem in quouis intellectu respiciẽte totũ Ens, 4 d.10.q.8.N

VII. vt effectus aliarũ causarũ aliter à Deo, quã effectus voluntatis; causæ determinatę acceperunt inclinationes, & necessitatẽ ad tales effectus; non sic voluntas 2 d.37. O.

VIII vt Deus habeat prouidẽtiã de omnibus, agit res, vt aptę sunt regi; sic Deus res administrat, vt motus suos agere sinat, Aug.7.ciu.c.30 Deus prouidẽtia speciali, præuidet cuique bonũ, iuxta merita pręsentia, vel futura occulta nobis, sibi tñ præsentia; iudicia eius iusta, 22.quilib. S

IX. vt voluntas creata nõ possit impedire ordinẽ volũtatis; impediret si staret oppositũ cũ libero proposito suæ diuinæ volũtatis; sic volũtas creata potest mereri damnationẽ, ita cõcomitanter sequi, q̃ diuina voluntas non præordinauerit; nõ põt stare intellectio cũ opposito illius, nec ordinatio cũ opposito eius quod ordinauit; ergo stat præuisio, 1.d 40. *D*.

X. vt voluntas diuina determinãs

minans fore aliq; ostēsū ab intellectu, faciat cōplexionē esse determinatè; & absolutè veram; possit facere volitū, & nō facere, & esse absolutè verū, & nō verū; oportet ponere cōtingentiā ex parte obiecti, nō absolutè, sic primo diuina volūtas, ergo sub cōditione, ex 1 d.39 q 1.I

XI. vt ordo causalitatis nō cōcludat, q̄ superior causaret effectū sine inferiori, in quē pōt causa secūda, & agit cū ea; si secūda nō potest sine prima, saltē in primō agēte in quo est eminēter, videatur, quid ipsa vellet, coagēte prima, & p̄mouēte; quolib.7.h.M

XII. si Deus certò præscit, qui peccauit ꝑ A. esse dignū pęna, si pro A. finaliter esset iudicādus; vel si ꝑ A. fieret in termino: hoc est verè, & cōditione scire, 4.d.16 q.2.K.M.

XIII. quę volūtate beneplaciti, & vltima determinatione, quę est ex parte omnipotentis, volētis effectū in esse, respectu cuius Deus si sic volēs illud erit: at respectu eorū, quæ volūtate signi, & antecedēte, & possunt esse, & nō esse, nec sunt vltima determinatione volita, sunt præuisa, secus nō omnisciens, nec volita absolute, & decreta, secus Dei, non in nostra potestate 1.d.48.

XIV. vt finis, merita, bon⁹ vsus arbitrij si ad finē ordinata, & pri⁹ ei vult quodcūq; istorum, q̄ præuideat, nō tamē vltimo, & efficax; sed quia ꝑpter nullū præuisum vult dona, quia nō causa prædestinationis; nec negat quin præuideat; imo subdit nō posse aliquē punire, quin pri⁹ videat peccatorē, nec velle dānare sine pręuisa culpa, & si prędestinatio ꝑpter nullū præuisū eorum habet causā, nō tamē negat ēē aliquid præuisū, sed negat esse causā, vt peccatū præuisū finale est ratio ex parte obiecti, vt velit damnare 1.d,41.A.

XV. si primo instanti vult dare gloriā Petro. 2 eidē Petro gratiā. 3 vult permittere peccatū; vt sunt diuersa Decreta illis instātibus, vno instāti ęternitatis: plura instātia naturæ; ita in intellectu diuersis instātib⁹ diuersa sciētia de illis: nō potest volūtas velle, quin intellectus videat; hinc prius p̄scinit gloriā Petro, q̄ ei⁹ gratiā, & prius gratiā quā ꝑmissionē. sciētia visionis præsupponit decretū; ergo antecedēs decretū nō est scientia visionis, pōt tamē ad aliquid aliud decretum præsupponi, vt sciētia absoluta de gloria futura Petri præsupponit decretū de permissione peccatorū in tertio instanti, ideo si essentia in 4 instāti mouet intellectū ad cognoscendū determinatè, & absolutè omnia futura, quæ pendent à causis liberis, & De⁹ cognoscit omnia futura post omnia decreta; iam inter decreta antecedentia inuoluit permissio decretum de scientia conditionata: nā 4 instāti, &

signo

signo absolutè scit omnia futura quæ pendent à voluntate creata, d 41. B.

XVI. vt voluntas Dei quātū ad omnia sēp impleatur, quia omnipotēs si determinatse ad ponendū in esse vltima determinatione, illud erit: ergo datur non vltimū; relatiuū vltimi est nō vltimū, & antecedēs, quib⁹ possunt homines bene viuere, & saluari, quantū est ex parte sui; ergo decretū vltimū, ad quod sequitur effectus infallibiliter, nō tātū est ex parte sui; sed supponit antecedēs, quo vellet omnes saluos fieri; quo voluit colligere filios Ierusalē; est voluntas antecedēs nō determinatè, sed indifferenter, vt dat cōmunia, & sufficientia ad salutē; & decretū vltimū, nō est ex parte sui tātū, sed cum præscientia inclinationis, vt voluntas antecedēs, nō vltima est sufficiens, quantum ex parte sui, d 46. H.

XVII. cū volūtati diuinę offertur aliquē peccaturū, vel peccare, circa hūc nō hēt velle; velle.n. ipsū peccare, non pōt, sed potest velle volūtatē nō volētē hoc, sic est volēs sinere, & permittere; illud permitto, q scio ab alio male fieri, & displicet; nec dicor ꝓpriè ꝑmittere de quo nihil scio; ergo præsciētia, & præuisio, voluntas antecedēs, qua prohibet quæ nollet; & volitionis remissæ quę est permissio, & dissuasio, q̄ta nollet, quæ tamē nō vult ista prohibere, hæc est nolitio remissa; quæ nō sine præuisione est, q videt ab alio male fieri, & displicet, & signū nolitionis efficacis est prohibitio, volitionis remissæ permissio, & dissuasio 1. d. 47. A.

XVIII. si permissio in voluntate diuina nō sit nisi nō velle ꝓhibere aliquod fieri, quod est negatio actus diuini, nec actus positiuus; vult sincere, nō habet rectè velle circa illud quod permittit, sed reflexū super negationē actus; & sic nō eligit Iudā finaliter malū, nō est nolitio, sed volitio; sēper Deus præuidet, se non velle prohibere malū fieri, hūc peccare, q est ꝑuidere ante decretū absolutū, sed cōdionate. d. 37. B.

XIX. futura absoluta voluntatis creatæ, cognoscit De⁹ ab ęterno in suis decretis virtute essētiæ, post vltimū Decretū, & volūtatē permittēdi illud 1. d. 4 D. imo per hoc, q Deus præscit. se cooperaturū Lucifero ad substātiā actus, si est commissionis; vel nō cooperaturū, si ommissionis, scit certò illū peccaturū, ergo ꝑscientia de permissione, qua scit peccaturū, præsupponitur decreto infallibili de cooperatione ad substantiam actus, ibid.

XX. Deus quoad formale, priuationē rectitudinis debitę non cōcurrit, ad entitatē verè influit nec entitas realis, quę nō sit dependens à Deo; Deus sciens se cooperaturū ad substātiā actus,

scit

scit peccatũ futurũ. 1 pmittit. 2 coöperatũr. 3 hẽt certã sciẽtiã; cooperatio supponit sciam de operatione alterius; sine cooperatione causæ primæ est omnino sm̃ quid, inclinatio, & conditionata a d. 37.

XXI. Istius quæst. hæ maximæ *Scoti*; 1 ad velle, diuina, & humana voluntas, defectus est in humana, quę tenetur dare rectitudinem, & non dat; diuina nõ tenetur, ex se daret, si humana coageret. 2 negat voluntas beneplaciti, & efficax, quod signi, & antecedẽs vult; nec aufert rectitudinẽ absque demerito. 3 quod vult antecedenter, & consequenter, nisi obex in nobis. 4 si non positiuè, negatiuè rectitudinem auferre põt ex demerito; & quod à *Deo* auertamur nostrũ est, & hæc volũtas mala. 5. De' ita coagit nãræ, vt nihil sit naturale, cui non coagat; & ita voluntati, vt nil volitum, cui non coagat volendo. 6 natura agit inclinatione acceptã à superiore, libera põt conformiter, & difformiter; in hoc quod ęst agere fit conformis, in hoc quod est deficere peccat, vt effectus est in sui potestate, nec agit rectè. in fine, declarat, quæ sit volũtas, & decretum Dei antecedens, quod sit conditionata his verbis, quicquid Deus dat antecedenter, daret consequẽter, quãtum ex se, nisi esset impedimentum, dans voluntatem liberã, dedit antecedenter opera recta, q̃ sunt in potestate voluntatis, & quantum ex se dedit rectitudinem suam actui volũtatis, & ex consequenti daret, si voluntas omnem actũ elicitum ageret rectè ex parte sui.

XXII. Ne cogamur auferre Deo p̃sciã, & omnipotentiam; si volũtas creata sit totalis causa, & aliter vellet, nulla p̃scientia; si vellet antecedẽter vnũ, quod non fieret à creatura, non omnipotens, si determinet vnum, posset impedire, vt aliter fiat voluntas Dei ponit volitum in esse cum vult, a d. 37. q. 2.

XXIII. Conditionata saluari cũ nostra libertate dat Scotus; si Adam accepit pro se, & posteris iustitiam, & actu suo amisit, iustè Deus exigit à tota nãra. Voluntate Dei antecedente data suisset, nisi esset impedimentũ, 2. d. 30. De' ex se daret si homo quantũ ex se ageret. dat antecedenter, & daret consequenter quantũ ex se, & causa superior causaret, si causa inferior sua causalitate causaret. Deus non vult me velle voluntate consequente, & beneplaciti, sed volũtate signi, & antecedente; nec vult me velle consequenter, qui vult me velle antecedenter; nec aufert rectitudinem à voluntate creata, & actu suo absque demerito. Vel quod vult antecedenter, vellet consequenter, nisi impedimẽtũ voluntatis creatæ;

tæ; vel nō aufert voluntati recti-tudine, sed paratūs; ibidem.

XXIV. Vt voluntas creata appetitu libero, actu elicito, qui sequit cognitione, nec in vniuersa-li, nec in particulari cogatur; nã à seipsa nō cogitur; necessitas est sibi contra nāram, causa libera; nec determinari pōt à causa inferi-ri à qualitate, aut physica motio-ne; vt qualitas naturaliter ageret naturaliter moueret, sicut & quo ageret esset nāale; nec minus tol-lit indifferētiā eius, determinatio volūtatis à causa supiori, q̃ à cau-sa inferiori, ergo si ex rōne volū-tatis, & causalitatis suæ est inde-terminata, repugnat, quod indif-ferentia tollatur per causam in-feriorem, vt per superiorem; & vt repugnat ꝙ habitus, aut qualitas determinet, ita quod Deus deter-minet superior determinans ma-gis tollit indifferentiā inferioris in agendo, q̃ si inferior determi-naret. ad quod determinatur à causa superiori nō est in potesta-te determinati. Non erit in pote-state voluntatis quod determi-nans cesset. Præuenta, & suspen-sa esset propter actionem causæ superioris præuenientis ad vnū. Vt non est in potestate causæ, actæ primæ, cōtra libertatem esset de-terminari necessario ad vnū. Hinc d. 49. q. 6 K. respōdet, quod repu-gnat libertati, vt contingentia, q̃ est ex parte ipsius, non ponat cō-tingentiam simpliciter ex parte effectus; & ꝓpter determinationē eius in suo ordine, est æqualis contingentia. Cum preuentione causæ primæ ad vnū actum, non stat pōa propinqua in voluntate ad oppositū, sed tm̄ remota. pōa faciendi vtrumq; excludit, quod exterius ꝓhibet. Hoc est propriū voluntatis, ꝙ cōtingentia ex par-te eius, sit omnimoda contingen-tia ex parte effectus, quod exigit contingentiā oīum concurrentiā ad effectū; ibid. G determinari in-trinsecè, excludit pōā intrinsecè ad oppositum: nam est causa in-trinsecè prohibens istam pōam reduci ad actū; at determinari ex-trinsecè fit impossibilis vt pōa ꝓ-pinqua reduci possit ad actū: nam per causam extrinsecam, & volū-tatē Dei ꝑuenientem voluntatem vt eliciat actum, numq̃ pōt pōam suam remotā reducere ad oppo-sitū actū; nunquā causa secunda ꝑuenta à causa superiore agente ad vnū oppositū, pōt pōa propin-qua exire in aliud oppositū. Ibidē, si Beati per nihil intrinsecum sibi habent, q̃ n contigēter operētur; tm̄ q̃a extrinsecè determinantur, pōa propinqua non possunt pec-care, nō ꝙ nāræ sit, sed gratiæ Dei ꝑuenientis gratuitè, & conseruā-tis illam nāram in esse recto; ergo etiam determinatio extrinseca aufert ꝓximè pōā liberè agendi; determinat pōās ad agēdum, & ex sola voluntate diuina determina-ta ad vnum, vt conseruat, & per-ficit nāram intensiuè; ita determi naret eā in actu suo. Nec tm̄ impo-

tens ad agendum oppositũ, vt ait Scotus in sensu composito, vt simul sit decretum de vno actu, & voluntas sub opposito actu; sed in sensu diuisiuo, qa si non habet aliquod intrinsecũ, quod excludat pōam ad oppositũ, hēt extrinsecā determinationē, q̄ tollit pōam ppinquam ab ea, vt agat oppositũ. Habens visum, est cum pōa intrinseca videndi corpus; pōt tñ per causam extrinsecam fieri perpetuò impossibilis ad vidēdum pōa propinqua; si sit ppetua distantia visus ab illo corpore; si obstaculũ perpetuũ visus inter cælũ empyreũ, & oculum damnati, numquā damnati oculus poterit videre pōa ppinqua, propter causam extrinsecam perpetuò phibentē; posset tamen pōa remota, quia causa intrīseca impossibilis; ergo determinatio extrinseca ad vnũ, si non tollit nāram pōam, & nulla est causa intrinseca impossibilitatis, est causa extrinseca, pōa propinqua pueniat ad vnum, vt non possit exire in aliud; ergo decreta antecedentia, vt sunt contingentia, & libera ex parte causæ primæ; ita ex parte causæ secūdæ, & neqt esse determinata volūtas ad vnum.

XXV. Vt necessitas præsciæ Dei non tollat libertatē, explicat Scotus facilè qualiter ipsa præscia nō ponatur sub necessitate, q̄ repugnat libertati, qa liberè, & contingenter præscit hoc, & de actu meo pscito; licet supposito quod psciat immutabiliter presciat, tñ nobis non aufert libertatē, quia ista est necessitas præsciæ, vel pscitì, vt præsciti; nec est necessitas omnimodæ determinationis, sed ex suppositione, quod illud est iā præscitũ, & præuisũ; vt contingēter ex parte Dei præscientis; similiter ex parte mei exequentis; q. lib. 16. ex August. Cont. Tullium; Deo certus ordo causarum, & ne Aug. lib. 5. c. 6. negaret arbitrium subdit, & nostræ voluntates in causarũ ordine sunt, humanorũ operum causæ; qui omnes rerum causas præsciuit, etiā nostras voluntates ignorare non potuit; vt ordo causarum præscienti Deo certus, id efficiat, vt nihil sit in nostra voluntate, quin in ipsarum causarũ ordine magnum habeāt locum nostræ voluntates, c. 7. nō propterea nihil est in nostra voluntate, quia Deus præsciuit qd futurũ esset in nostra voluntate; non enim nihil præsciuit, sed aliquid, & illo præsciente est aliquid in nostra voluntate; hæc mirificè præsciā, & præuisionē, vt saluem libertatem, explicant.

Demum alijs omissis, ex Scoto 1. d. 1. q. 4. per totam non posse esse absolute decreta, aut physicè prædeterminent, ex his colliges 1. modus agendi voluntatis est modus oppositus naturæ, quæ est determinata ad vnum, ergo voluntas nequit determinari, nec intrinsecè, nec extrinsecè, vt nec intrinsecè, nec extrinsecè cogi, agere

re vt determinatū ad vnū, non est agere indifferēter. 2 nil tā in potestate voluntatis, quā ipsa voluntas Aug. 1 retract. c. 9 id nō nisi quantū ad actū elicitū; ergo nec decretū, nec prædeterminari potest ad actum. 3 Actus magis in potestate voluntatis, nō tantū mediatè, sed immediatè; ergo nō mediate decreto ad vnū, ꝙ nō est in sui potestate illud habere, aut velle; vt in sui potestate est velle, & nolle; non potest habere actū, circa id, in cuius potestate nō est habere necessariū ad actū. In potestate volūtatis nō est habere hoc necessariū ꝙ ꝓ ui c datur, aut negatur. 4 Agēs nō impeditū ꝙ nō necessitatur ad agēdū, liberè remouet omne prohibens actionē liberā; ergo si volūtas necessario ad volēdū, debet ꝓdeterminari ad vnū, nō liberè remouet omne prohibens suā indifferētiam; ergo facit necessario voluntatē velle. Maior, quod est necessitatū ad agendū non pōt vincere, nec potest ꝓhibere id, ꝙ determinatè datur vt agat; & præuiū est necessario vt vnū agat. 5 lapis prohibetur à descēsu ꝓpter aliq repugnans vincens eius inclinationē; ergo ex opposito eius indifferentia voluntatis ꝓhibetur à libertate; quia non potest remouere id ꝙ ipsam determinat ad vnū. Sequ, natura, si ꝗ naturale est, impeditur vt agat vnū, si nō pōt remouere ꝓhibens ipsā, vt agat vnū; magis ꝙ liberū est necessitatur ad vnum, si nō potest remouere id, quod ipsā voluntatē determinat ad vnū; ergo indifferentia volūtatis nō stat cū prædeterminatione ad vnū; si effectus repugnat effectui, si ponitur effectus necessario vni', repugnat cōtingentia alterius. 6 impedibilia non simpliciter necessario agūt; sed tātū necessitate cōditionata, si nō impediātur; ergo inimpedibilia necessario agūt, si nō possunt remouere ea, quibus prædeterminantur agere. Sequela, q necessario agit, necessario remouet ꝓhibens, si pōt, quo amoto agit; ergo q libere, & indifferēter agit, nō habet ꝙ determinet ipsum, vt vnū agat, & si nō potest remouere id, ꝙ necessario ꝓuisum est vt agat nō liberè agit. 7 respectu eorum, q necessaria sunt, & nō cōtingentia, actus est necessarius; ergo respectu eorū, quæ se habēt libere, & contingenter; nihil est illi præuiū, quod necessariū est ad vnū, sed indifferens; secus nō necessariū, & indifferens depēderet à necessario; qua libertate voluntas agit in finē, eadē indifferentia vtitur medijs ad finē; nec prærequisita possunt esse absolutè determinata, sed indifferentia, & sub cōditione 8 quicquid necessario eget aliquo ꝓuio determināte ad vnū, vt agat determinatè, posito illo ꝓuio, necessario se determinat ad illud idnū; nā eadē est necessitas ad mediū, & ad extremum; & si nō est in potestate tollere præuiū, quod determinat ad vnū, nec in potestate est oppositum agere. ꝓ ab agente prin-

principali quouis posito in causa secũda ex parte pricipij actiui determinatè, necessario ad actionẽ vnã præcisè;vi decreti, & physicè vi principij actiui necessario causa secunda determinatur ad actionẽ. 1 o causa secunda,quæ agit in quantũ mota, si necessario mouetur,&determinatur ad vnũ,necessario se mouet ad illud vnũ,ergo si libera est, nõ necessario præmouetur ad vnũ: nã si eget præmoueri,vt causa secũda motione, & decreto vt indifferẽti mouetur;quo motu mouet se causa secũda,eo promouetur:ergo si liberè se mouet,indifferẽti decreto mouetur 38 Arguẽt aliqui ex Scoto 1. d. 39. q.3.cõplexiones cõtigẽtes vt neutras presentatas ab intellectu,voluntas determinat ad vnũ. ℞ quę tantũ pendent immediatè à Deo 2 quoad cognitionẽ absolutè futurã,non sub conditione. vel voluntate efficaci,non voluntate signi,& antecedẽte.Contra d.39.q. 4. voluntas prima radix cõtingẽtiæ,& secunda vt mota mouet. ℞ ibi tantũ,nisi prima cõtingenter ageret, nec secunda liberè ageret, Contra d. 39.q.1.T voluntas diuina determinãs fore aliquod ostensũ ab intellectu,facit cõplexionẽ talẽ esse verã,& ideo intelligibilẽ,& præsens est intellectui. ℞.vt voluntas potest facere volitũ,& nõ volitũ,ita verũ esse, & nõ esse,tã in esse absoluto,quã indifferenti;sed propter cõtingentiã ex parte obiecti, ꝙ contingenter est verũ;fit determinatè verũ ꝑpter actũ voluntatis verificãtis.Cõtra d.39.q.1.O essẽtia est ratio cognoscẽdi simplicia,&cõplexa;tũc nõ sũt vera cõtingentia,sed posita determinatione diuinæ volũtatis, tũc vera in secũdo instanti ℞ Scot.sũt vera secũdo instãti posita determinatione, in esse absoluto:nã ibi ait fuissẽt cognita primo instãti,si fuissent vera;hinc veritatẽ in fluxu mutabiliũ, q̃ sunt cognita in Deo,& præuisa ibi exẽplũ,si in oculo meo vnus actus vidẽdi obiectũ semper staret,si nũc iste,nũc ille color, tamen eadem visione;tantũ differẽtia propter obiectũ prius ꝑsentatũ,& posteri⁹. & si vnus naturaliter præsens,alter liberè nõ differentia visionis, sed naturaliter videret;tamẽ cõtingẽter posset videre vnũ,necessario aliud est determinatio intellectus,ad quod determinatur voluntas;determinatè apprehendit quod voluntas determinat,quod est ẽẽ absolutũ;tamẽ cũ hoc stat cõtingẽtia obiecti cogniti, qa volũtas cõtingẽter vult eã velle.Cõtra;ꝓuisio futurorũ ex determinatione diuinę volũtatis. ℞ certa, absoluta,vltima determinatio volũtate beneplaciti;nõ ꝓuisio cõditionatè,volũtate ãtecedẽte,signi quãtũ ex parte sui. 2 nec ꝓuidet nisi velit dare sufficiẽtiã,& præq̃sita,qb⁹ possim⁹ velle;õis sufficiẽtia nostra ex Deo; nec de obediẽtia gloriãdũ,ait Aug. q̃d habes,ꝙ nõ accepisti? Cõtra ꝙ lib. 5 L. 15. x intelle-

tellectus Dei præcise cognoscit creaturam in sua essentia. R. quia non per creaturam, vt immediatum obiectum; non qn cognoscat, qd faciet creatura: sed essia vt est primum, & immediatū, ita primum, & adæquatum in rōne cognoscendi; quoad omne esse, quod pōt esse in creatura, imo 4. d. 39. q 1. S. Lex de Rege Deut. nō habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius; id fortè specialiter dixit, ppter malitiā isti' ꝑuisā, vt si nō cōpesceretcōfūderētur, & ab alijs etiā imitarētur.

Arguent alij ex Sco. 4. d. 49 K non est contra nāram voluntatis creatæ determinari à superiori, sed inferiori, vel æquali. R. ibi Scot. ait contra nāram eius determinari in suo ordine, & nihil aliud primo repugnat sibi: sed contra nāram eius determinari à causa inferiori, qa non posset agere contra nāram eius, & tunc ipsa esset superior, & non superior: at determinari à causa prima, stat quod sit contingens in suo ordine causandi, & quod ipsa contingenter se determinet. Contra ibi ait quod causa superior semper præseruat, & si in potestate, quod aliter eueniet, nū q̄ tñ eueniet, qa voluntas diuina semper ꝑueniet. R. ibi de voluntate Beati si posset exire in actum oppositum; non tñ pōa proxima, nec pōt peccare; qa impedita, ꝑ præuenta, suspēsa propter actionem causæ superioris continuò agentis in actum beatificum; sic nec pōa ppinqua peccare; sicut nō in potestate eius, quod impediēs cesset, nec in potestate causę secundæ actus primæ; & semp Scotus quod determinatur, etiā à causa prima, aut per exterius prohibens, & impediens concursum, aufert pōam pximā ad actū oppositū: at si per habitū sibi inhærentem, ipsa nec esset voluntas, nec causa habitus, nata vti habitu, & determinare habitum ad agere, non ab ipso determinari. Contra in Report. d. 40. in fin. non ex hoc, quod Dei sciētia infallibilis, culpa non imputanda, & posita scīa euenit. R. ibi subdit Deus videt ab æterno, quid aliquis in hoc nunc, & quid posses si velis, & non vis; at scīa non præit determinationem, vt effectus causam. Contra, si præsciētia; non est infallibilitas in Decretis Dei, sed in creaturis. R. decreta supponunt primum decretū, vi cuius essentia est ratio intellectui cognoscendi aliam partem nostrę voluntatis; sed absoluta decreta, & voluntate consequente volita, sunt immutabilia, nec impedibilia. Id enim significat voluntas Dei consequens, voluntas beneplaciti; voluntas efficax; passio Christi vt efficax oblata pro electis tantum; sufficiēter pro omnibus; pro electis sciebat Deo esse acceptos; esse dispositos, vt coniuncti vlterius cooperentur; at sufficienter etiam

vt non vniti vnirentur, etiam qui nunquam se disposuerunt, hæc voluntas antecedens.

Argues 3. ex vlt. in report. ideo imputatio quòd malè agas; quia si nouit ab æterno quod cōsentires; nouit etiam quod posses nō consentire, si velles; sed non vis. hæc scīa Iudas tradet Christū, est illi imputanda, vidit proditorē, & quod posset non ꝓdere si vellet, sed nolebat; at quod hæc scīa non sit post vltimum decretum, id non consonat Scoto in 1. d. 40. in fine, non potest euenire oppositum eius, quod ordinauit De⁹. ℞. qui potest si vellet, & noluit; non reddit decretum inefficax; quia scīa, q̄ supponit scīā liberā est voluntas antecedens ante vltimum decretum, & post primum decretum, seu voluntatē antecedentem, & determinationem creatæ voluntatis in esse cognito. scīa vero Dei certa, absoluta, infallibilis ab vltimo decreto Dei, à voluntate beneplaciti, sine qua nihil potest à volūtate creata esse absolutè futurū, hinc scientia futurorum semper post decreta.

Argues ex 1. d. 39. q. 2. ad 2. intellectus Dei semper sequeretur mutationē in re; te sedente, opinatur te sedere; te surgente surgere. ℞ non sequitur, vt effectus causam; sed vt causa secunda libera à libertate prima; est comitantia scīæ Dei ad res scitas, vt res potest non esse, intellectus Dei potest non scire; & si non erit, non sciet. 2. nec transitus in scīa Dei, vt opposito succedat oppositū; vt nō in Deo scire, & nō scire, nec ꝓ aliquādo sciat, & aliquādo non sciat. 3. in esse cognito semper scit; tm̄ aliter nunc se habet; nec est oppositi ad oppositū in scīa Dei, & tota contingentia est ex parte obiecti, quod contingenter est verum; quia voluntas Dei constituit eam liberā, & hæc contingentia voluntatis pōt esse sine mutatione voluntatis. Ais 1. d. 41. D. Deus scit aliquem peccaturum, aut futurum malum, nō solū ex eo quia ꝑscit, permittit; sed quia absolutè vult cooperari illi, quoad substantiā actus, sic cōmittet; ergo ex decreto præscia. ℞. in esse absolutè futuro, ex absoluta voluntate, quæ supponit præuisionē, & permissionem; nec ꝑmittit absolutè, nisi quod præscit ab aliquo male fieri; aut quia finit nos liberè. Contra, volūtas libera debitrix vt omnem actum eliciat conformiter regulæ, & sm̄ Diuinū præceptum, cum discordat caret iustitia debita, q̄ deberet in esse actui, & voluntas est deficiens 2. d. 39. B. ergo præcepta Dei absoluta. ℞ præcepta absoluta ex parte termini, conditionata ex parte modi exequendi; serua mandata si vis ad vitam ingredi. ante hominē vita, & mors præcepta absoluta, diliges; sabbata sanctifices. 2 actus eliciti, vt sint ad finem, & meritum adhuc abso-

absolutè, non si vis, aut non vis; piger vult, & non vult; hinc act' eliciti debent absolutè esse à nobis; at decreta Dei antecedentia conditionata ex parte principij, si velimus nos; si benè egeris recipies, si male peccatū in forib' aderit. si comederis, morte morieris. Contra, si decreta antecedētia quoad actus nostros indifferētia sunt, & voluntate signi; ergo hominis est via eius, & viri vt dirigat gressus suos, at Hieremiæ 10. non est hominis via eius, nec viri vt ambulet, & vt dirigat gressus. Ioan. nemo venit ad me, nisi Pater traxerit. Ecclesia, Deus cuius est totum, quod est optimum. Aug. ad Felicianum, cū Deus renumerat debita nostra, sua dona coronat. R. Deus prima causa omnium, influit in omnē effectū, nihil sine ipso, non ego, gratia Dei mecum; dat esse, conseruat, præparat per decreta, & dona cuique causæ iuxta naturam, qua illā condidit, vt à naturalibus nō auferr, quin actus earum sint naturales, nec liberas promouet, q̄n actus sint liberi; Nèc arbitriū ex se solo potest; sic non hominis via eius, Deus dirigit gressus; non determinat ad vnum; nullus ex se cogitat, quasi ex se, sed ex Dei gratia; non ego gratia Dei mecum. a gratia non tantum, q̄ caritas, gratum faciens, & reddit iustos: sed gratuita, q̄ p̄uenit, qua Deus inspirat, pulsat, vocat ad bonum, hinc initium salutis Deo miserante habemus, vt acquiescamus inspirationi, nostræ est potestatis. Trahit Pater per gratiā p̄uenientem, & cooperantē, sed acquiescit tractioni, nec indurat cor arbitrium; p̄uenit inspirando, & adiuuando p̄sequitur. hinc totum à Deo q̄ est optimū; p̄parat, continuat; at si nāturales agunt, cur arbitrium non liberè agit? & potestatem non hēt suæ voluntatis; p̄uenit cum inspirat; dat sufficientia; adiuuat nobiscū agens; adiutor meus esto, ne derelinquas me; qui adiuuari, ne relinquatur, petit, nō Physicè ad vnum præuenitur. Dona sua coronat; sufficiēs, & efficax ex Deo; sufficiens quo facit vt facere possimus; efficax, quo nobiscū facit; nec efficacia sine effectu, nec effectus sine efficacia; hinc nō physicè prædeterminat ad vnum.

An in Deo præscientia, & præuisio conditionata, voluntas antecedens, quæ sit nobis indifferens; sit consona scripturæ, Patribus, & ex S. Thoma. 3

de lib. arb. c. 4. nisi pscia exploraverit, pdestinatio nil decernit. R. Suarez Aug. de absoluta præscia meritorum, non de præuisione sub cōditione; ante hoc decretū prælucet pscientia, cum qua arbitriū. Aug. de don. perseu. c. 17. initio; in sua, quę falli, nec mutari potest pręscientia, opera sua futura disponit. de Præd. SS. c. 6 ad med. misericordia in electione, q̄ cōsecuta est iustitiā; iudiciū in cæteros, qui excæcati sunt; illi q volueruut, crediderunt; qui noluerūt, non crediderunt. Ad Marcellin. de spiritu, & litt. c. 34 ad quæ intrinsecus, vbi nemo habet in potestate, quid ei eueniat in mē tē; consentire, & dissentire pprię est voluntatis; vbi cogitationes, illuminationes, inspirationes, motiones à Deo. tra. 53. in Ioan. quare nō poterant credere? quia nolebāt. 83. q. 68 de vocatis ad cœnā nec illi debent sibi tribuere, quia vocati venerūt; nec qui noluerūt alteri, sed sibi; quia vt venirēt vocati, erāt in libera voluntate. 2 de pec. merit. & remiss. cōtra Pelag. c. 12. & 17. cū voluntate humana gratia iuuante diuina, sine peccato in hac vita possit homo esse; cur non sit? quia homines nolūt. 12. ciu. c. 6. in fin. si eadē tentatione, vnus cedat, alter idem pseuerat; qd aliud nisi vnum voluisse, aliū noluisse à castitate deficere. de prędest. & grat. c 15. Nabuc & Pharao in fine diuersi, nisi quia vnus manum Dei sentiens ingemuit, alter libero contra Dei misericordiam, pugnauit arbitrio. De don. per ad Prosp. & Hilar. c. 14. præparat homines, qui mouētur ad fidē; si cōgrua suis mentibus, vel audiē t verba, vel signa cōspicient. q. 2. ad simplic. multi vocati, nō omnes vno modo affecti, illi secutur, qui ei capiendæ idonei. post med. sic vocat, quomodo scit ei cōgruere, vt vocātē nō respuat. psal. mirabilis facta est sciētia tua ex me. Nō est occultatū os meū à te. Imperfectū meū viderūt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Honorati sunt amici tui Deus. si occideris peccatores, viri sanguinum declinate. Nonne qui oderunt te domine, oderā, super inimicos tuos tabescebā. Proba me Deus, & scito cor meū. Vide si via iniquitatis in me est, deduc me in via æterna.

An præscientia cōditionata sit ex patribus, & scriptura V.

AD illud Ioan. 8. si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Augus. si manseritis, ostendit, quę in corde erant; sciebat, quia crediderunt, sed non manserunt; tāgit eos, qui prius à spiritu recesserāt Idē de verbis Domini; si labor nō est, gratis accipis præmiū; si labor est, attende præmiū, & cognosces veritatē. super Ioan. si permanees in eo, q credis, peruenies ad id, q vide-

videbitur de verb. *Domini*, quid mihi prodest cognoscere veritatē, & veritas liberabit vos; si non delectat veritas, delectet libertas; liberari est liberū fieri. Theophilatus manentibus in fide, absolutionē annunciat peccatorū. Aug. ò ingrati, quid est quod vobis assiduè imputat *Deus*; quod vos de domo seruitutis liberauit, si nemini seruistis? quomodo soluebatis tributa? Criso. nō ad vanā gloriā dixit Christus, liberi estis, sed ad salutem; dixit seruos esse non hominū, sed pecti, à qua Deus eripere pōt; nā qui facit pectū seru' est peccati. Greg. 3. mor. quisquis prauo desiderio subijcit se domino iniqtatis, dū libera mētis colla supponit, sed huic contradicit, cū iniquitati, q̄ nos ceperat reluctamus, cū cōsuetudini violenter resistimus, cū culpā penitendo percutimus, & maculas sordiū lacrimis lauam'. Aug. noli abuti libertate ad peccādū, sed vtere ad nō peccandū; erit voluntas libera si pia; eris liber si seru' iustitiæ. Ioā. 8 si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite; Aug. caro eorum ex illo erat, sed vita non erat; Origenes sciebat Iesus q̄ semen erat Abrahę, & facta cōtraria operib' Abrahæ Ioan. 8 si De' Pater vester esset, diligeretis vtiq; me; Aug. non de carnis generatione: sed de vitę institutione. Origines, tunc alicuius *Deus* est Pater, cū mandata eius custodit. Ibidem, nō potestis audire sermonē; Aug. nō poterāt audire, quia corrigi credēdo nolebāt. ibid. in veritate nō stetit homicida ab initio; Aug. esset in ea, si ipse in ipsa stetisset. Ioa. 8 si non credideritis, quia ego sū in peccato vestro moriemini; Aug. sententia prescius, q̄ in peccatis suis moriētur. Luc. 16. si moysen, & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis surrexerit credent; Greg. qui verba legis despiciunt; redēptoris præcepta, qui è mortuis surrexit minus implebunt. Matt. 19. si licet homini dimittere vxorē suā quacūmq; ex causa Chrisost. hom. 22. circ. fin. non dixit, non omnes possunt, sed non omnes capiunt, id omnes capiūt id omnes capere possunt: sed nō omnes capere volunt. Palma proposita; qui concupiscit gloriā, nō cogitat de labore, si q̄dā nō possunt, & à proposito cadunt, nō debemus in castitate fieri pigriores; quidā in pugna cadūt, rē nō applicāt pugnæ, sed honori; nec cadentes, nisi nobis, nō difficultati virginitatis. Ibid. quibus datū est; non quia quibusdā datur, alijs nō datur; sed quia sine gratia nil ex nobis valemus, & volentibus non denegatur; *Petite*, & dabitur quærite, & inuenietis; pulsate & aperietur, nec gratia sine voluntate, nec voluntas sine gratia; nec terra germinat sine pluuia, nec pluuia reddit fructū sine terra. Ibid. vt peccatū nō sine voluntate, nec iustitia nisi voluntas. glotiosa cōtinentia, nō que trāsgredi nō potest

test, sed ad quã est voluntas sancti propositi. Matt. 25 Non noui vos Aug. ser. 23 de Ver. Dom. qd est non nouit; qui omnia nouit? omnes Theologi respõdent, sciẽtia approbationis non nouit, ergo pręscientia vidit, nouit quę nos facimus ante approbationẽ, & Aug. in arte sua Deus nõ agnoscit; nescit vitia, & iudicat vitia, nescit faciendo, iudicat arguendo. Aptate vestras lampades: dũ parant Deo operum suorum red dere rationẽ; omnis homo causæ suæ vacat.

Dico. Scripturæ reuelant media certa, libera, conditionata, q si pficerẽtur ex parte nostra, homines liberẽ coronã consequerentur; nec ad vnum determinant; sed sub conditione libera relinquunt Dei dona, & vocationes. Contra errores Manichæi, Lutheri, Caluini, q indifferentiã in operando euertunt; arbitriũ reni de titulo; fato volũtates hominũ cogunt. & C. Pelagiũ, Celestium; Iulianũ, Faustũ, Adimantiũ initium fidei, & salutis tribui tantũ arbitrio, gratiã Christi subsequens, pedissequa, non præcedens bonum; & meritoriũ vsum arbitrij; humano labori subsunt Dei dona, & gratiã euacuãt; ex puris naturæ saluari, non ex gratia.

Probant primum Patres Cõtra Stoicos, Stupidos Manicheos, Caluinũ, Lutherũ, ad tollendũ fatũ ad vnum. Euseb. 6 de præparat. Euangel. c. 6. Clemens Rom. lib. 4 recogni. Dionys. de diu. nõ. c. 4 Iustin. Apol. 2. pro Christian. post med. Athanas. de salutari Christi aduentu post med. Chrisost. hom. 22. ad cor. c. 4. Nissen. orat. de fato. Theodor. 5. & 6. de Prouid. Nemesius de nat. hominis à c. 33. Cirill. Alex. 5 in Ioan. c. 5 post med. Aug. 5. ciu. c. 18. cõfess. c. 32. c. Faustum c. 5. de duab. anim. c. 11. Ireneus 4 aduersus hæres. c. 71 in fin Alex. 2 strom. c. 2. l. 3. c. Iulia. 2. in Ioann. Hierony. 2 c. Iouinian. c. 2 Fulgent. de fide ad Petr. Prosper. 2. de vocat. gent. c. 12. Pattes omnes aduersus fatum. 1 voluntas cogi non potest, est ad vtrumque, domina sui actus; pot actũ producere, & ommittere; neqt arbitrio, aut libertate despoliari; necessitatem concludunt, q facultatem determinant ad vnũ. In nostra potestate est, vt quod libeat exequi possimus, reniti diuinis mandatis, vel obtẽperare. 2 Ansel cur Deus homo c. 18. ad med. necessitas precedẽs q causa est vt sit res; subsequens q res facit. de concord. arb. cum prædest. & præscia 1. p. c. 2. de lib. arb. c. 2. & 6. dial. de casu diaboli c. 22 Author Elucidarij apud eũdẽ; necessitas antecedens, libertatem euertit. consequens, quam ipsa sibi imponit. Alens 1. p. q. 2. membr. 5. Valdensis l. 1 doctr. fidei art. 1. c. 5. necessitas antecedens non compatitur arbitrij libertatem, non conuenit humanis affectibus. Boet. 5 de consolat

lat. prosa 6. necessitas nõ est simplex; sed conditionis, vt si aliquẽ ambulare scias; cũ ambulare necesse est; hæc conditio nõ trahit illam simplicem; homo non facit natura, sed conditionis adiectio; nulla necessitas cogit incedere voluntariè gradientem, quamuis cum graditur, incedere necẽsũ sit. Aug. 5. Ciu. c. 1. necessitas rei, quæ est in nostra potestate, & rei, quæ non est in nostra potestate, etiam si nolimus efficit; hæc libertatem destruit; at q̃ põt impedire, hæc non offendit libertatem. 3. de lib. arb. c. 3. voluntas nec voluntas esset, nisi in nostra potestate esset. nec est nobis liberum, quod in potestate non habemus; nec potest non esse q̃ habemus. lib. 2. c. Secũdinum Manich. c. 19. si cogitare, consentire, itaut non sit in eius potestate aliter facere; non ergo volũtate peccat, quando cum voluntate cõsistit. 3. de lib. arb. c. 18. quæ est ipsa causa voluntatis, aut volitionis, si ei non põt resisti, sine peccato ceditur; si autem potest, non ei cedatur, & non peccabit.

Probatur à contra Massilienses. Præuisio à Massiliensibus, Fausto, Iuliano, & Semipelagianis, lepra ægrotabat. respũ donorũ gratiæ, in hominibus reperiri initia facultate nãtali; adminiculis solius arbitrij. initium fidei, vel salutis tribuebãt arbitrio, cui veram gratiam subiugabãt; sic præ destinationẽ esse ex præscĩa meriti hominis, hanc reprobat 2. de lib. arb. c. 3. & 4. sic faust. nisi præscĩa explorauerit, prædestinatio nil decreuit; vt gratiæ, & salutis initia nãra viribus data. Contra hoc August. de an. & eius orig. c. 12. de Prædest. 11. de don. perseu. c. 9. & 10. Prosper ad hanc gratiã, qua Christo renascimur nãtali facultate peruenire; petendo, quærendo, pulsando; ideo accipiant; ideo veniant, introeant, quia bono naturæ vsus; ad istam saluãtem gratiam. Ob id dat ppositũ vocationis Dei, ante mundi initia. Ob id commentitia merita, initia solius arbitrij. Ob id à cõditionaris, quæ robur habent, vt absolutè existentium se abstinet. Absoluta præscĩa meritorum, sequitur, non præcedit decretũ electionis; At ante hoc decretum, voluntas antecedens, præsciẽtia conditionata; Aug. de dono perseu. c. 17. in sua, quæ falli, nec mutari põt præscientia futura dispo nit. de prædest. 55. c. 9. quid veri, q̃ præsciuisse Christũ; qui, quãdo, & quibus in locis in eum fuerãt credituri, sed vtrum prædicato Christo, à seipsis in fide, an Deo donante sumpturi; Aug. supponit scientiã de futuris ex hipotesi; curat de obiectis, si à seipsis fidem sumpturi, vt Pelag. & Semipel. an Deo donante vt Catholici. 3 de lib. arb. c. 3. 4. Deus præscius nostræ voluntatis; nec per eius præscientiam mihi potestas adimitur; nec voluntas esse pote-

terit, si in nostra potestate non erit. Per eius præsciētiā, nec potestas adimitur, quæ ꝑpterea mihi certiora aderit, quia ille, cuius præscientia non fallitur, affuturum mihi esse præsciuit. Cum præscitur aliquem peccaturum, vtique peccabit; aliter non esset præsciētia, nisi certa; tu non cogeres peccare, quem peccaturū præscires; ita De' pręscit aliquē peccaturum vtique peccabit; at Deus non cogit; quia pręuidet voluntate sua peccaturum. Indicat iustus, quę fieri nō cogit pręscius; memoria tua non cogit facta esse, quę pręterierūt: nec Dei præsciā cogit, faciēda mala, quæ futura sunt. Tu quædam quæ fecisti meministi; nec tamen oīa, quæ meministi fecisti; ita Deus omnium quorum ipse est auctor præscit, non tamen omniū, quæ pręscit est auctor; quorum non est malus auctor; iustus est vltor.

Prob. nunc 3 ex scripturis; statum hominis à Deo positū esse sub conditione; 1 consideratio, & discussio nostrę vitæ à Deo relinquitur sub indifferentia, vt ipse velit, & aduertat. Gen. 3 Adā vbi es? quis indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quia de ligno, de quo præceperam ne comederes, comedisti? Iob. 13. animam meam porto in manibus meis. Psal. 118. anima mea in manibus meis semper. Eccl. 21. qui timet Dominum, conuertetur ad cor suum. Isai. 46. Reddite præuaricatores ad cor. Ierem. 2 vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. Iere. 3. leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc ꝓstrata sis. Ier. 31. statue tibi speculum, pone tibi amaritudines. dirige cor tuum in viam rectā, in qua ambulasti. Ionæ, ꝙ est opus tuum, quæ terra tua, quo vadis, ex quo populo es tu? Abacuc 2 contemplabor, vt videā, quid dicatur mihi, & qd respondeam ad arguentem me. Marc. 2. videte vosmetipsos. 2 cor. 13. & non cognoscitis vosmetipsos? Gal. 6. cōsiderans te ipsum, ne & tu tenteris. Epist. Ioan. 2. Videte vosmetipsos ne perdatis, quæ operati estis.

2 Prob. 4 conuerti; & ad Deum reuerti sub conditione nostra libera. Deut. 13 in toto corde, & in tota anima Deum sequimini, & timete. Reg. c. 17 si cum toto corde reuertimini ad Deum, auferte Deos alienos de medio vestri. Iob. 22. si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longē facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Psal. 7 nisi conuersi fueritis, gladium suū vibrabit. Eccl. 2. fili accedens ad seruiturē Dei sta in iustitia, & timore. Isa. 19. reuertentur Egiptij ad Dominum & placabitur eis. Ier. 31. in fletu venient, & in miseric. reducā eos Tren. 3. scrutemur vias nostras, & reuertamur ad Dominū. Ezech 33 impietas impij non nocebit ei, in qua die conuersus fuerit.

Oseę

Oseæ 6 venite, & reuertamur ad Dominum, ipse cæpit, & saluabit nos. Ionæ 3. adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Matt. 2 qui derelictus est in ira, iterum in magni Dei recõciliatione exaltabitur. Matt. 9 eiecta turba suscitauit puellam. c. 11. cæci vident, claudi ambulant, leprosi mũdãtur, mortui resurgunt. Luc. 15. surgam, & ibo ad Patrem; Pater peccaui, non sum dignus vocari filius. Hebr. 4 adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt mĩam consequamur in tempore opportuno. c. 10 Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi à conscia mala. Iacob in fine qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte. 1 Petr. 2 eratis sicut oues errantes, nunc cõuersi ad pastorem animarum vestrarum. Apoc. 20. Beatus qui habet partem in resurrectione prima à peccato; in his secunda mors non habet potestatem.

Prob. 5 vt Deũ quęramus, & inueniamus conditionatè, & per liberam voluntatẽ, nec pdeterminatè inueniri potest. Deut. 4 cum quæsieris Dominũ Deũ tuum, inuenies eũ, si toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. 2 Paral. 15 si quæsieritis Dominũ inuenietis. 1 Paral. 22. præbete corda vestra, & animas vestras vt quæratis Deũ. 2 Reg. 12. Roboam non pparauit cor suũ, vt quęreret Dñm. 15. si quis nõ quæsierit Dñum, moriatur à minimo vsque ad maximũ. 16 Nec in infirmitate q̃siuit Asa Dñum, magis in medicorũ arte confisus, & mortuus est. 19 pparauit Iosaphat cor suum, vt requireret Dñum 1. Esdræ 8. manus Dei nostri sup omnes, q q̃runt eũ in bonitate. Psal. 68. quęrite Dñm, & viuet anima vestra. Cãt. 3. surgam, & circuibo ciuitatẽ, quęrã quẽ diligit anima mea. Sap. 6 inuenitur ab his, qui quærunt illũ, poccupat, q se cõcupiscunt, vt se illis priorẽ ostẽdat. Isai. 21 Venit mane, & nox; si quæritis, quærite. 55 quærite Dominum, dũ inueniri põt. tẽpus faciendi dissipauerũt legem tuã; ecce congruum Deo, incongruũ ex nobis. Isai. 65 quęsierunt me, q ante non interrogabant, inuenerunt me, q nõ quæsierunt me; libertas. Ierem. quęretis me & inuenieritis, cũ quęsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis; neminem ad vnũ; omnib' aditus. Baruch 4 vt fuit sensus vester vt erraretis à Deo decies, iterum tantum conuertentes requiretis eum. Oseę 10 tempus requirendi Dñum, cũ venerit, qui docebit vos oẽm iustitiã. Oseę 5 quærite me, & viuete; nolite quęrere Bethel, domum, ecclesiam, aut pbendam. ibid. quærite Dñum, & viuite; ne forte comburatur, vt ignis domus vestra. ibi bonũ, & non malum, vt viuatis, & erit Dominus vobiscum, Deus paratus. Sophon. 2 Quærite iustum, quærite

rite manſuetum, ſi quomodo abſcondatis in die furoris Domini. Zacchar 6 eamus, & deprecemus faciem Dei, & quæramus, vadam, & ego. Matt. 7 quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis. Matt. 18 nolite timere, ſcio quod Ieſum quæritis, q Crucifixus eſt. Ioan 6 qui venit ad me, non eſuriet. Contra quæretis me, & non inuenietis. Ioan. 6 Quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. ℞ Origenes, qa non ꝓ eorū ſalute, & vtilitate q̄runt eum; ſolum qui rectè quærunt inueniunt pacem. Auguſt. q̄runt non pio deſiderio, ſed odio; poſtea quod abſceſſit ab oculis eorū; & qui odē do, & qui amando; Chriſtū malè quærere eſt in peccato mori. dixit ſententiā præſcius, quod in peccatis morientur.

Prob. 6 Vt Deū ſequi, & imitari velimus, ſub libera cōditione, in noſtra poteſtate; neminē prædeterminat; Exodi 2 fac ſecundū exemplar, quod tibi in monte monſtratū eſt. Deut. 19 Deum veſtrū ſequimini, ipſum timete. Iudic. 3 ſequimini me; tradidit Dn̄us in man' noſtras Moabitas. 3 Reg. 18. vſq; quò claudicatis in duas partes, ſi Dn̄s eſt Deus, ſequimini eum. 4 Reg. 6 ſequimini me, & oſtendā vobis virum, quē quęritis. Iob 23 veſtigia eius ſecutus eſt pes meus. Cant. 1. trahe me poſt te, in odorem vnguentorum tuorū curremus. Machab 1 qui zelum hēt legis, ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me. Matt. 4 continuò relictis retibus ſecuti ſunt eū. Luc. 9 magiſter ſequar te quocumq; ieris. Matt. 8 aſcēdente Ieſu nauiculam, ſecuti ſunt eū diſcipuli eius. Matt. 9 Ait leui ſequere me, & ſecutus eſt eū. 10 qui non accipit crucē ſuam, & ſequitur me, non eſt me dign'. 16 ſi quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. 19 vos qui ſecuti eſtis me, & reliquiſtis oīa. Ioan 8 Qui ſequitur me, nō ambulat in tenebris; oues meę vocem meam audiunt, & ſequūtur me. 12 ſi quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Philipp. 3 ſequar, & quo modo cōprehendā. 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt ſequamini veſtigia eius 1. Ioan. 2. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille, & ipſe ambulare. Apoc 14. Virgines enim ſunt; hi ſequuntur Agnum quocunque ierit. ſequi Dominum eſt in libera poteſtate, voluntate, nō prędeterminat.

Prob. 7 Ad pręcepta Dei, quę ſunt abſoluta dirigit greſſus noſtros, docet viā, notas facit vias vitę, vt in illis ambulemus, non determinat; Gen. 6 Noe vir iuſtus, atq; pfectus cū Deo ambulauit. Gen. 17. ad Abrahā, Ambula corā me, & eſto perfectus. 24 Ait Abrahā, Dn̄s in cuius conſpectu ambulo, mittet Angelū ſuū tecū & diriget viā tuā. Deut. 5 nō declinabitis, neq; ad dexterā, neq; ad ſiniſtrā; ſed ꝑ viā q̄ pręcepit Deus

De' ambulabitis, vt viuatis, & benè sit vobis; via, & gressus hominis diriguntur, nō determinātur. 1 Reg. 12 nolite declinare post vana, q̃ non ꝓderunt vobis. infra; Docebit vos viam bonā, & rectā ait Samuel. Iob 21. q dixerunt Deo recede à nobis, sciām viarū tuarū volumus; qd liberi'? 23 viam eius custodiui, & nō declinaui ex ea; actu ergo poterat oppositū stare. Psal. 15 notas mihi fecisti vias vitæ. 118 in via testimoniorū tuorū delectatus sū. ibid. viā veritatis elegi. Prouer. 3 viæ eius viæ pulchræ, & semitæ pacificæ; non ledunt arbitrium. 4 viā sapientiæ monstrabo tibi, & educam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui; nō arctat Deus vsq; ad perfectū diē. prou. 7 vias, q̃ ad dextris sunt nouit Dñs, ipse rectos faciet cursus tuos, & itinera in pace ꝓducat; prius nouit, inde diriget. Remoue à te os prauū, detrahentia labia procul à te. oculi tui recta videant. dirige semitas pedibus tuis, & viæ tuæ stabiliētur. 9 ambulate per vias rectas prudētiæ. 25 via iustorum absque offendiculo 30 hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexterā, neque ad sinistram. 42 educam cæcos in viam, q̃ nesciunt, & in semitis, quas ignorauerūt ambulare eos faciam; illuminat, instruit, dirigit vt ambulemus. Baruch 3 si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Oseę in fin. rectæ vię Domini, iusti ambulant in eis, ꝑuaricatores corruent in eis. Isai. 33 dissipatæ viæ, cessauit trāsiēs per eam. Matt. 7 angusta est porta, arcta est via, q̃ ducit ad vitam. Luc. 1 ad dirigendos pedes nostros in via Christi; non trāsire, dissipare, cessare, declinare à semita in hominum potestate.

Prob. 8 Voluntas Dei antecedens vt faciamus bonū; ac bonū in nostra potestate; malum facere noster defect'; Dei gratia nulli deest; merita hominū libera debent à Deo acceptari, nihil acceptum nisi præuisum. Ait Scot' meriti causa principalis ē Deus; q ordinat actū ad præmiū, actus tamen est in potestate merentis supposita generali influentia; si adsit vsus liberi arbitrii, & gratia, sic diuina dispositione sequatur semp completiuū ad agere meum, sicut sequitur animatio ad organizationē factā à causa nārali 1. d. 17 q. 1. ad 1. H Itē quouis merito charitas meretur augeri, licet tunc non augeatur, qa aliquē gradū gloriæ, ad quē reqritur vt pūia dispositio, aliquis gradus gratiæ; sed non stati dat illū, reseruat vsq; ad instās mortis, si velis. 4 d. 21 F meritū tantū adducit ad Deū, quantū abducit peccatū. 3 d. 19. q. 1. C. meritū est actus liberè elicitus à gratia, vt ꝑmiabilis; at nō meritū, sm q̃ nō includit acceptationē passiuā

vt nec meritũ cõgrui; passiuè acceptari supponit Deũ in ordine ad actũ liberũ, q sit in potestate merentis, 3.d 18.q 1.B.C. meritũ sm̃ efficientiã, nõ solũ dispositis ad recipiẽdũ, imo & indispositis 3.d.13. Meritũ non solũ qa elicitur act', sed ex conditionibus psonæ, quia in via, quia amicus, in gratia. 3.d 18.q.1.D. meriti principium actiuũ principale voluntas, non sine gratia; si ad meritũ vt sit acceptũ gratia; nõ q̃ nõ sit in nostra põtestate, & q̃ actũ prædeterminat. ibid. vult meritum non nisi ex plena deliberatione, 3.d.39 q.1.C. meritũ intensũ vnũ plus requiri ad beatitudinẽ, q̃ cẽtũ mille remissa; p vnũ tm̃ meruit vn' Angelus, quã nullus homo cõi statu intensiue 2. d. 5. q. 1.*D.*

Ais gratia est ad vnũ ℞ quia ipsa inclinat, determinat obm̃ bonũ, nõ quia pdeterminati sumus intrinsecè vt faciamus vnũ; Parcant Thomistæ, implicat pdeterminari ad vnũ, & esse liberos. 2 pdeterminat ipsa, quia ẽ ad effectũ bonũ; at Deus nõ tollit quin libere cũ ea faciam' bonũ. Cõtra q̃ sũt à *Deo* pdeterminata ad vnũ, & effectũ bonũ, ℞ qm̃ ex parte Dei, nõ in effectu, & actione nostra, nec implicat cõponi dissẽsũ actu cũ grã, q̃ dat Deus. Contra grã nequit deficere. ℞ nõ deficit grã; sed nostrũ arbitriũ. Videte quomodo cautè ambuletis; ne in vacuũ grã Dei recipiatis. Cõtra grã *Dei* non est indifferens; ergo determinat, ita est præscia. ℞ ipsa non est indifferens; sinit nos indifferenter agere; nam ex necessitate bonũ esset in nobis; habitibus vtimur cũ volumus. Meritũ, actus liberè elicitus à grã, & Deo acceptus. meritũ sẽp dicit actũ, qui est in põstate merẽtis. si habit' infus' gratiæ, q ẽ in viatorib', põt cõponi actu cũ dissensu.

Ais gratia trahit ad bonũ, cui resisti non põt. ℞ scriptura dicit posse; quoties volui congregare filios, & noluisti. Stephan' Iudęis *Dura* ceruice, & incircũcisis corde, semper spiritui sancto resistitis. Paulus monet Thessalonicos, spũ ne extignãt. *Diuinę* pfinitiones ante puisionẽ, saltẽ sub cõditione ineuitabiliter nõ rapiunt. Contra. Cõpensatis oĩbus trahit Deus, nec est nẽsse velle, sed cõtingens; si potest componere dissẽsũ, nõ cõponit, infallibiliter assentiet. ℞ si cõtingẽs, & liberũ, nõ prædeterminat; si oĩbus præreqsitis nõ põt cõponere velle, & nolle, infallibiliter nulla libertas 2 trahit De', nos in eius odorem currim', nõ vi, nõ vnco raptamur; sinit nostros mot' agere. Cõtra Aluarez, entitas gratiæ, vt est in intellu, & recepta in volũtate, sic põt ei resisti; vt reali virtute, qua venit à Deo, & instrumẽtũ voluntatis Dei, quo efficaciter mouet, quẽ vult cõuertere; sic nõ põt resisti. ℞ ergo vt entitas creata phyficè prædeterminat. 2 vt entitas creata cõtinet virtutẽ *Dei*, ad id datur à Deo; ergo põt resisti. 3 si

vt

vt subẽ volũtati Dei antecedẽti, neq; resisti; ergo volũtas Dei nõ sinit,nec voluit liberos, q̃ repugnat scripturæ.4 q̃ efficaciter mouet,absq;cõsẽsu,Saul qdme p seq ris? 5 cõsẽs' liber,sec' nõ meriti; secus nolentẽ,vt brutũ moueret; Physicè vnum ageret. 6 Decretũ efficax, & absolutũ si connexũ cũ volun ate efficax.7vt instrumentũ si mouet vt ens necessariũ ad motũ, qua necessitate volũtas est mota, eadẽ necessitate voluntas se mouet;causa quæ agit vt mota si necessario mouetur vt determi nata ad vnũ,necessario se mouet ad illud vnũ.8 si decretũ efficax, absolutũ p̃mouet vt ad vnum sine consensu,necessario erit vnũ; si fluit cũ consensu; ergo sufficiẽs in entitate,& efficax ab effectu,cũ consensu nostro.8 quo Deus mouet in tẽpore,continet Dei volũtatẽ,antecedẽti potest resisti;ergo quæ antecedenter prebet, nõ prædeterminant vnũ. 9 Trident. Deo vocanti,& excitãti posse dissentire;necesse esse motu suę voluntatis p̃parari,& disponi.In potestate hominis viæ suæ. Per liberũ arbitrium, nõ sine gratia, Spiritus Sancti inspiratione, & adiutorio, homo credit,sperat,diligit pęnitet; præit, inspirat sine nobis, adiuuat nobiscũ.Ais gratia, & Deus prædeterminant ad vnũ R.quę præcipit vult; & gratia inclinat ad vnũ, determinat vnum, sed nos non agimus vnũ.Hinc nitamur id, quod Deus ex nobis, vt agam'id,q̃ velit absolutè De'.

An præscientia absoluta, p̃uideat Deus nostra peccata, an puisione conditionata, quę inuoluat p̃misſionem, & nostram auersionẽ. 6

Aliud ẽ male agere; aliud est malũ sinere. Deus ex se bonus,malũ nõ facit,nec vult malũ: at qa iust' dat p̃mia bonis, supplicia malis;hęc nõ nisi p̃uisione,nõ absoluta volitione.Vt nemo iniustè luat pęnas; Dei p̃uidẽtia regitur vniuersũ.De' nõ ẽ auctor mali,& peccati;sed quisq; malus, sui malefacti author est. Nemo ait Aug.de lib. arb. c.1 qui benè discit, malũ facit. nullus quærit authorẽ mali,per quẽ aliquid discimus;nisi per quẽ benè faciamus; si malus est,doctor nõ est.Nõ alia res mentis nostrę cupiditatis comes,quã p̃pria voluntas,& liberũ arbitriũ. Nihil p̃fertur menti,nisi Deus,qui nõ facit eã peccare. Nil inferius mente potest eã in seruitutẽ redigere;hinc se ipsa ad malũ currit; homo rectus à Deo factus,rectè viuere cũ vult potest, nèc posset rectè viuere,nisi liberã haberet voluntatẽ, sine qua rectè cũ Deo se habere non posset;Nec per illũ peccat;nèc ad eã Deus liberã fecisse credẽdũ; Deus dedit libertatẽ,arbitrium, sine quo rectè viuere nõ posset.Si tu libertate abuteris ad peccãdũ, iustè De' vtitur ad iudicandũ.Iniustus De' si non vt rectè viueres,sed vt peccares te faceret,& iniustè vindicaret in eũ,qui vsus esset voluntate ad quẽ finẽ data esset voluntas;

At

At Deus punit peccantē, quia nō ad rectè faciendū vsus es volūtate;adq; dedit tibi Deus volūtatē.

*D*ico.ſtant ſimul nos voluntate,& non neceſſitate peccare; & Deū eſſe præſciū,& præuidere hominē peccaturū ſua libertate ante abſolutū decretū,& ſola cōditionata, permiſſione diuinæ voluntatis.ita Aug.3.de lib.arb.c. 3. & 4.voluntas non eſſet voluntas, niſi eſſet in noſtra poteſtate. Nec liberū nobis eſt; quod in noſtra poteſtate non eſt, ſi Deus pſcius voluntatis noſtræ,cuius eſt præſcius,ipſa erit;voluntas erit, quia voluntatis præſcius;nec eſſe poterit,ſi in poteſtate nō erit, ergo poteſtatis eſt præſcius. Nec ex pſcientia mihi poteſtas adimitur, Imo ppterea,mihi certior aderit, quia ille cuius pſcientia nō fallitur, affuturū mihi eſſe pſciuit; ſi tu pſcis aliquē peccaturū,vtique peccabit, quia aliter pſcientia nō eſſet;nec tu cogeres peccare,quē pſcius peccaret.ita *D*eus cū pſcit aliquē peccaturū, vtiq; peccabit, ſed Deus non coget eū,qui præuidet ſua voluntate peccaturum, hinc iudicat iuſtus, quę fieri non cogit præſcius.Scotus 1. d. 41.C. D.ex hoc ſolo quod Deus præſcit & vult permittere Iudam peccaturū,nō eſt certus abſolutè,quod Iudas,& Lucifer peccabit; ſed qa ſcit ſe permiſſurū,&cooperaturū ad ſubſtātiā actus,vel nō cooparurū,ſi ſit ommiſſionis.2 d. 34. q. 1.L.ſi *D*eus, & creatura concurrunt ad eundē actū, non tñ Deus cauſa peccati; quia Deus dat antecedenter rectitudinē,& daret conſequenter;ſi Deus non cauſat rectitudinē in actu;illā tamē cauſaret, ſi voluntas creata cauſaret. Quod effectus rectus nō cauſetur non eſt ppter cauſam priorē,quę quantū ex ſe cauſaret, ſi ſecunda cauſaret.P.voluntas accepit libertatē,qua poteſt cōformiter,& difformiter;ſi Deus cauſat,nō tenetur; non cauſando nec deficit, à ſe non poteſt auerti, nec formaliter,quia non poteſt ſe nō ſummè diligere;nec virtute nihil à ſe eſt neceſſariū ad volendū ſe, tantū voluntatis creatæ defectus; eſt debitrix iuſtitię,in eius poteſtate quantū ex ſe ſuperior cauſaret, ſi inferior cauſaret; & illi eſſet conformis.deficit ſecūda vt pertinet ad ſe; nemine Deo authore ſit deterior; eſt cauſa enti vt ſit, nō cauſa nō eſſendi. d.37 T quicquid Deus dat antecedenter, daret conſequēter quātū eſt ex ſe, dādo voluntatē liberā, dedit antecedenter opera recta,quæ ſunt in poteſtate voluntatis,& quantū ex parte ſui dedit volūtatē, rectitudinē omni actui volūtatis; quātum eſt ex ſe rectè cauſaret, ſi a cauſaret; ſi daret concurſum primæ vt in ſui poteſtate.

Prob 1 Scotus nec recipit decreta prædiffinitiua circa materiale peccati, in quantum ens, ante præuiſionē; quod ſi abſque præuiſione Deo certo,infallibili-

ter non sunt cognita;nec prescit cooperationē,nisi prauideat Iudā malū,ergo si sub conditione prouidet nostra mala,cur non & bona?Ant.Deū præscire se cooperaturū ad substantiā actus, quia permittit,quia vult cooperari ei, nō impedire,sinere ipsū in sua libertate,supponit necessario præscientiam.Ant. illud permitto,quod scio ab alio malè fieri; ei decerno coagere,quē video velle agere;cooperari ad actū alterc', nō estante prouisionē,nō absolutè, ergo conditionatè.2 in decreto peccata cognosci nō possunt,quia à Deo nō nisi ad exigentiā arbitrij permittūtur, præsciuntur, & vult cooperari ad substātiā actus,si est cōmissio, aut nō cooperari si ommissio, ergo nisi præsciat permissurum,nisi præuideat hunc velle peccare, nō cognoscit, quod iste peccabit.Antec.Iacobi.Deus intentator malorū,neminē tentat.Eccl 15.ne dixetis per Deū abest: q̄ enim odit ne feceris; nō dicas me implanauit, non enim necessarij sunt illi homines impij.

Tertio Scripturę negant sciētiā Dei,& decreta absoluta in actus prauos ex absolutoDei velle ergo ante nostrū velle prēuisum nil prēscit.Antec.Deus prohibet mala,suā voluntatē homines faciunt,non Dei,quando id agunt, quod Deo displicet;ergo ante malū velle,nō videt,nec præscit.Id probant scripturæ;Nume.22 peruersa est via tua;mihi contraria. Iob 6 inuolutæ semitæ gressuum eorū,ambulant in vacuū,&peribūt. Psal.1 in via peccatorū non stetit prou 2 relinquunt iter rectū,ambulāt per vias tenebrosas.Osee 2 sepiā vias tuas spinis, & sepiā eā maceria& semitas non inueniet; vbi Deus quātū ex se impedit.13 perditio tua ex te.Ierem.2 vide vias tuas in conualle ,scito quid feceris cursor leuis explicās vias tuas.Prou.14 est via,quæ videtur hominibus recta;nouissima autē eius ducūt ad mortē.Sap. 5.lassati sumus in via iniquitatis,ambulauimus vias difficiles, viā autē Domini ignorauimus. Isai. 15 omnes nos quasi oues errauim' vnusquisq;in viā suā declinauit. Matt.10.in viā gentiū ne abieritis.ep.Iudæ ve illis,qui in viā Caī abierūt;ergo peccata nō sunt vię Dei,viæ nostræ; nec possunt prēsciri ante arbitriū nostrū 4 Cōcilium Arausic. 2 can. 25 Nec ad malū diuina potestate prędestinatos credimus;anathema omni detestatione qui tātū malū credere velint.Tridēt.sess.6.can.10. in potestate hominis esse vias suas malas facere; mala operā Deū operari permissiuè,nō propriè,& per se.can.17 nec Diuina potestate prędestinari ad malū; ergo nō impellit,excitat,regit,mouet;tantū permittit.5 Patres Aug.de spiritu, & litt.c.31 absit vt malæ voluntatis author Deus;ipsa sola peccatum est,etiā si desit effectus de art.falso tibi impositis ar.10 detestanda

da opinio Deũ malæ voluntatis, aut malæ actionis authorẽ; vitia adulteria,corruptelas, nõ inſtituere nouit ſancta Deitas,ſed dãnare,nõ diſponere,ſed punire.Infra,nec caſus ruentiũ,nec malitię iniquorũ,nec cupiditatis peccãtiũ,*D*ei prædeſtinatio, excitatio, impulſus,ſuaſio eſſe poteſt.art.11 nec Demon cui defectus furore peccantiũ.vim crimini intuliſſe pbareti,minus Dei decreto quod nec dæmoni adſcribi poteſt.5ciu. c.9.voluntates malę ab eo nõ sũt ſed contra naturã ſunt. 2 de pec. mer.& remiſs.18.nec mala volũtas ẻſſetin homine,niſi homo eſſet in quo eſſet; ad authorẽ Deũ referre nefas eſt. Infra, ꝙ à Deo nos auertimus noſtrũ eſt,& volũtas mala.Leo 9.Epiſt.ad Petr.Deũ ꝓdeſtinare bona,ꝓſciuiſſe bona & mala.Proſp ad obiect. Vicẽ;abominat De' malæ voluñtis,aut malæ actionis auctorẽ.*D*amaſc.2 fid. c.30.Deũ nõ præfinire,quia nõ ꝓfinit peccata.Fulgent. 2 de præd. impoſſibile Deũ præfinire mala opera.Thom.1.2.q 9.art.6.mouetur à Deo efficiẽter, operatur in nobis velle,& perficere,quia cauſa volũtãtis,& mouet vt bonum vniuerſale, ſed ꝑ rationẽ homo ſe determinat; à Deo mouetur, vt ab exteriori principio; hic nõ determinat intrinſecè.

V.Prob.ſi *D*ecretum eſt in actu peccati,Deus author, prima radix,cauſa,ꝙ homo hic,& nunc velit.2 nõ modo voluit permittere vt *I*udas vẽderet,ſed definitè voluit,prẹordinauit, priuſquã ꝓſciret;voluit vt vellet,fecit vt vellet 3 nulla permiſſio Dei vt eſſet peccatũ;neceſſario ſequitur ad actũ ꝓordinatũ,præſciri deformẽ: nã act' blaſphemiæ eſt deformis abſque vlla permiſſione.4 qui mẽtitur eget decreto vt mẽtiatur;homo mendax,non Deus. 5 nõ ſtat Deũ velle ne pecces, & habere decretũ inuitũ,quo pecces.6 ꝓcipit,ſuadet,prohibet,vt actus malus ne fiat;ergo nullũ decretũ,vt antecedenter fiat.7 inclinat præmouet ad actũ,nõ eſt pertinẽs ad iuſtitiã,ante culpam nõ eſt pæna, nec ad miſericordiã,per actũ peccari incidit in miſeriã. 8 Deus sũma bonitas,prima veritas, neqꝫ infundere habitũ,qui per ſe inclinet ad malũ,aut falſum.9 Deus indurat,excecat negatiuè, qa nõ emollit,nec illuminat;nõ malum præordinat,& prædeterminat;10 cauſa peccati nõ poteſt eſſe De' nemo Deo authore ſit deterior. *D*eus cauſa Enti vt ſit,non cauſa nõ eſſendi 11 homo peccat nolẽdo finẽ;acceptãs ꝙ eſt fini incõpoſſibile,malitia ſe ſeparat efficaciter à fine;hęc nõ in actu vt à Deo Nequit à ſe Deus auerti;ſi nõ cauſat rectitudinẽ in actu voluntatis creatæ;in voluntate creata eſt carentia,& defectus,nec vlla ſubtractio cauſę prioris,defectu cui' nõ poſſit voluntas creata rectè agere;ergo nõ ꝓdeterminat ad malum.12 ſi ꝓdeterminat abſolutè

actum

actum, ad quẽ intrinsecè seqtur defectus; esset consequẽter causa defectus, qui sequitur actũ; nã in oĩ rõne entis, q̃ hẽt ante præuisionẽ, pmissionẽ, & oẽm præsciã est volitio actus causa entis, vt ens. & in omni ratione, est causa eius, quod sequitur ens.

Prob. Vltimò. Stante Decreto, præuio ad actum peccati, ante præsciã, aut pmissionẽ; sequitur necessitate, nõ libertate peccare aut nõ peccare Assumpt. 3 de lib. arb. c. 14. nemo peccat in eo, q̃ vitare nõ põt; sed vitare nõ põt decretũ, & præuium, q̃ intrinsecè, & necessario est ad vnum; ergo & act' est sibi necessariò circa vnũ. Min. omne q̃ ẽ ab actu voluntatis creatæ, semp est posterius actione Dei; creatura nõ agit nisi mota; ergo si motio est ad actum malum, creatura necessariò se hẽt ad malum. Seqla ex D. Thom 22 q. de verit. art. 6. necessum q̃ est immutabiliter determinatũ ad vnum, volũtas indeterminatè se hẽt; tñ est libera respũ eorum, ad q̃ non ẽ determinata; ergo implicat decretũ ante præuisionẽ, aut pmissionẽ actus. 2 nec libera esset ommissio actus, qui est in præcepto. Ant. cui impossibilis est actus, ei ineuitabilis esset ommissio actus; absq; decreto, & ante absolutum velle, non est actus, ergo qui caret decreto, est ei necessaria ommissio actus. Min. contradictio est esse actum absque decreto ad actũ; ergo cõtradictio est carere decreto, & ommittere actũ; ergo ommissio non esset in præcepto. 3 contradictio est carere necessariò ad vitandũ pectũ, & sibi imputari peccatum, caret decreto ad vnum vt fiat act'; ergo ineuitabilis carẽtia actus. 4 caret simpliciter necessario prærequisito ad vitandum ommissionẽ act', qui est in præcepto. 5 impossibilitas actus excusat à peccato. 6 cum negatione decreti ad vnum, est impossibilis actus; ergo stãte negatione nõ est imputabilis ommissio actus. Ad impossibile nõ est põa. ℞ habent põam in sensu diuiso, non cõposito. Contra, in sensu cõposito impossibilis est act'; præcipit cõponere actum absq; decreto ad actum, & punit ommissionẽ; ergo præcipit impossibile ad actum. 2 is qui caret præuio ad q̃ præceptum, caret præuio ex parte Dei, ergo caret necessario ad actum. 3 hẽt concursum Dei præuium ad vnum; ergo nõ hẽt indifferentiã. Sequela; concursus Dei, & præuium determinat ad vnum; ergo non sinit libertatẽ vt faciamus hoc vnum. Seqla; concursus Dei præuius, est denegatus ad opposita; sed cõcursu Dei præuio ad vnũ impossibilis est actus; ergo impossibilis libertas ad actum. 4 ista entitas sui nã est ad vnũ, & Deus decernit, ac determinat pnìè ad vnũ; ergo nãralis est causa determinata vt agat vnum. Seqla cõcursus

Dei est negat' ad oppositū actū; sine cōcursu Dei impossibilis actus, ergo nō libertas ad actū. entitas motionis sui nā ad vnū, & determinat vnum; causa ad vnum determinata nāralis, determinat nāraliter, ergo nāraliter determinatur; nō est determinatiuum nārale, absq; nāraliter determinato. 5 in tota latitudine entis, sola volūtas sui nā libera ad agēdū; ergo cogitari nequit qualis sit libertas, q̄ decreto ineuitabili & intrinsecè determinata. 6 pōa ꝓxima quoad specificationē, & exercitium, cui nil intrīsecè, vel extrinsecè deest ex necessariò requisitis ad agēdum; ergo cū eis, quibus nec decretū, nec præuiè ad vnū; nec est pōa ad agēdū; eis deest intrinsecè ex necessariò requisitis ad agere, nec si non agit culpa nō agit. 7 De' nulli negat, q̄ sufficiāt ꝓximè ad actū; remota naturaliter insūt homini. Nec pōa est ad posse, sed ad agere, vt vltimum terminum virtutis inclusæ in posse 8 homo solum teneretur ad posse, non ad agere. Sequela; necēssum ad posse hēt, nō ad agere; ergo tm̄ posse imputari debet. 9 effectus necesse est vt fiat; ergo nō stat per eum, qui non facit, si non hēt quę sint sibi præuia vt faciat. 10 quicquid necesse est, vt prædeterminet ꝑuiè ad agendū, necesse est vt pōa agēdi subsistat; tunc pōa est, cum oibus præuijs pōt actu; ergo si caret, non hēt prænia vt possit, nec illi culpa, quod ommittat.

11 Arguent Capreolus, Bannes, Aluarez, Zumel, plures Thomistæ, Deum determinate, & absolutè velle actus malos antecedenter; ne dum prescire, permittere, aut scire se cooperaturū ad substantiā actus. 1 Aug. 2 de lib. arb. mouętur voluntas, cum se auertit à bono. c. 20. motus auersionis, qui defectiuus est, motus est, defectus ex nihilo, ad *D*eum pertinere nō dubites, qui tā volūtarius defectus, & in nostra potestate; ergo vt motus à Deo. 2 ex 5 c. Julian. c. 3. in Dei potestate nō solū bonas hōnum voluntates, quas ipse facit ex malis, conseruat, facit inclinari. ibid. inclinat corda, quo vult, ad bona pro sua misericordia; ad mala pro meritis eorum. 2 scripturę Isai. 19. Domin' miscuit illis spiritum erroris. 63 quid errare nos fecisti à via tua? indurasti corda nostra vt non timeremus te. Rom. 1 tradidit illos Deus in reꝓbum sensum. 3 ratione 1 tunc plura prima principia, si voluntas hominum posset, cuius auctor non esset Deus. 2 quod à se non habet esse, à se agere non potest; nec per se durare potest, quod à se nō est. 3 cuius essentia ab alio est, virtus & operatio ab alio est; ergo eius actio in prius agens, vt in causam. Virtus ab essentia procedit, & opus à virtute. 4 actio peccati vt ens, non vt priuatio, & negatio à Deo est. Si à *Deo* non est, aliquod ens essentiam

habens

habens à Deo nō esset; nec De' prima omnium causa; nec primū in quouis genere eorū, q̄ sunt. 2 met. tex. 4. 5 vt actus à Deo est; nec deformis est; defectus ex causa secunda non prima, curuus est motus ex tibia, q̄ claudicat, nō ex virtute motiua perfecta; quicqd entis, & boni à primo ente, defectus à voluntate. 6 si Deus nō inclinat ad actionē vt deformitati subest, nec ad malū cooperatur; nā ad bonum influit, vt agat, & bene agat; ad malū vt ens, quoad esse, non quoad defectū 7 Thom. quodlib. 12. q. 4. ar. 4 à prouidentia Dei oīa pdeterminata, & ordinata; ergo peccatū vt ens, & actus; nec pdeterminat, nisi antecedenter. 8 ens participatū reduci debet ad ens per essentiā; ergo actus peccati in Deū, qui actu voluntatis producit oīa. 9 si posset voluntas in actū, cuius auctor nō esset Deus, ipsa prima causa, malū aliud haberet principiū. ℞ non hēt voluntas esse à se; si ad peccatū pōt, non aliud principiū quo potest. Cōtra, dicere ens vt ens, nō esse à Deo, fidei, & rōni repugnat; ergo ad actū peccati pdeterminat Deus. ℞ ad arbitratum se habet Deus, vt actus. Cōtra, malitia moralis est magis annexa actui, quā applicatio; ergo si Deus pducit actū odij, magis præmouet ad actum, vt actus, & ens. Item concursu simul, magis attingit actū, q̄ præuie. ℞ in actu malitia est indifferēs, nec dat cōcursum, nisi influxū ad actū, qui deficit vt ex nobis: at si præuiè pdeterminat, actus malus à Deo, indiuiduè, & vt causa. Contra cōcursus Dei neq; esse indifferens. 2 Deus quantū ex se nō determinatur à creata voluntate, secus esset posterior. 3 in ordine ad aliquem realē actū, esset voluntas prius agens. 4 hæc vera, q. a creatura agit actū vt ens, Deus agit, nec prima causa. 5 si pdeterminat ad actū vt ens, non ad actum vt defectus, & malitia. 6 Dei pūidentia est circa omne ens vt ens. 7 prima causa cuiusuis actus, vt actus est; ergo mouet, & determinat. 8 actus non hēt ex causalitate Dei, vt dicat ordinē ad formale peccati; sed defectu creatæ voluntatis. Deus causa eius, q; ē in actu vt ens, non vt malum. Demum prob. nec ex Dei præscia tollitur, qui peccator necessariò se habeat, ergo non est necesse decretū Antec. si Deus præsciuit antichristū peccare; ergo ex necesse peccabit. Sequela, hæc conditionalis est vera; ergo si antecedens est necessarium, etiam cōsequens est necessarium.

℞ ex August. 5 ciu. c. 9 & 10. Fatemur Dei præsciam; nec ideo voluntate non facimus, quia De' id nos facturos præsciuit; & præscietia falli non potest. Cicero, si certus ordo rerum, & præscienti Deo infallibilis, fato omnia erūt; frustra leges, iura, statuta, conatus ad bonū; nulla essent præ-

mia virtutibus, pœnę vitijs; hæc libertaté exigũt; ne ergo tolleret arbitriũ, abstulit Deo pſciã; & dũ vult liberos homines, fecit sacrilegos. At nos, ait Aug. dicimus Deum oĩa scire anteq̃ fiant, & voluit nos facere; nec nisi volentibus fieri sentimus, & nouimus; Deo certus ordo causarũ, & voluntates nostræ in ordine causarũ sunt, qui certus est Deo, eiusque præscĩa continetur, & humanæ voluntates operũ causæ; qui præscit rerũ causas, præscit nostrorũ operũ causas; qui non est omniũ futurorũ præscius, nõ est *Deus*. *Creauit voluntates liberas, quæ ideo liberæ, quia voluit; & vtrumlibet possent ex cõtrarijs; si aliud facturæ nõ sunt, quã quod *Deus* præsciuit, tamẽ possunt. Nõ quod *Deus* præsciat solo relatu ad causas secundas, sicut præsentes, sic scire esset videre, cernere; à caducis sciẽtiam Dei generari: sed à prouidentia, & voluntate, qua quid futurum præuiderit *Deus*, nec fieri, quia præscitur, sed præsciri, quia futurũ; sunt futura quæ præsciuit; nõ tamen tollit libertatem; nec ideo peccat, qa peccaturũ præsciuit; imò nec dubitatur ipsum peccare cũ peccat; quia ille, cuius pſcĩa falli non potest, ipsum peccaturũ esse præsciuit, quod si nolit, non peccat; & si peccare noluerit, etiam pręsciuit. 9. 2 ad simplic. iustè conqueritur, quia non cogit peccare, sed mala volũtate peccant, vt tali quærela veniant ad salutem. Contra, *Dei* pruidentia, & voluntate proficisci cognitionẽ. ℞ semper à *Dei* voluntate, si antecedens, & voluntas signi, impletur sm̃ quod signũ in ordine ad nostram cooperationem, si sit efficax, vt decretũ vltimum vt voluntas consequens, non sequitur seipsam, sed nostrũ velle, & inclinationem. Ais Deus odit Esau ℞ vt peccator; odit in hõne peccatũ. In Iacob diligit nõ culpã, q̃ delet, sed gratiã, q̃ donat. Ad 1 ex Aug. mouetur voluntas. ℞ Scotus d. 37. quia ad actũ cõcurrunt diuina, & humana, nõ ad deformitatẽ. vt causa efficiẽs non vt deficiens. 3. quia cum agit inclinatione accepta à superiore vt possit conformiter si velit, & vult difformiter. Contra defect. ad Deũ pertinere non dubites. ℞ Aug. vt iudicet, & puniat. Contra, volũtatẽ meã velle, includit Deũ velle. ℞ quoad malũ pmissiuè qa pſcit se cooperaturũ, nõ puiè determinata. 2. defectus nõ à Deo efficiente; sed deficiẽte ob demeritũ voluntatis. 3 si negat quãdoq; volũtas beneplaciti; tñ voluntas antecedens vult; nec aufert rectitudinẽ absq; demerito; & qꝫ vult antecedenter, daret cõsequẽter, nisi obex in nobis. Ad id ex Dei potestate bona voluntas. ℞ Aug. c. 3. c. Iulian. relicti per diuinam patientiam in peccata compulsi. quos inclinari ad bonum; inclinatio est moralis, non physica. ibid.

ibidē,ad mala pro demeritis eorū;nō determinat ante demerita. Ad 2 obdurat, deserit ob peccata. 2 qui ob peccata deseruit Deū meruit vicissim à Deo deseri, de bon. persc c. 6. 3 tradidit in reprobum sensum,qa non putauerunt Deū habere in notitia,Rom. 1 cōmutauerunt veritatē Dei in mēdacium, seruierūt potius creturæ,quā Creatori, ꝑpterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Ad 3 Author voluntatis Deus,dat vt faciamus bonū. 2 nō est ens sua natura malū.3 si ad bona,ꝑ sua misericordia,si ad mala,ꝑ eorū meritis;nō determinat malū. Contra nō est malū, ꝙ non faciat Dominus. ℞ nō culpę,sed pęna peccati.malū non ꝙ homo facit,sed quo patitur pænā. Cōtra omnia per ipsum facta sunt,si omnia à Deo,quomodo mali,qui nō audiūt,nō à Deo.℞ aliud esse,aut viuere,aliud peccare;vita in peccato,rectius mors;tamē idē viu° & peccator;viuus ex Deo,vt peccator nō ex Deo;qa ad Dæmonē Contra nihil fit nisi volēte Deo. ℞ Aug.in Enchiridion;aut finendo vt fiāt,aut faciēdo;sic nō duo mala. Cōtra volūtas mala à Deo ℞ volūtas vt à Deo animi motus, cogēte nullo ad aliqd. 2 anima ex Deo,&voluntas,quia Deo authore facta est; aliud qui fecit, ꝙ fecit; qui fecit corrūpi nō potest quod fecit nequit esse equale ei, q eā fecit. Cōtra,prudentia carnis nō potest legi Dei esse subiecta, ergo à Deo determinata.℞ mala cōsuetudo impedit ne sic de facili fiat à nobis ꝙ bonū est.2 lib.arbitriū antequā cōsuetudine implicetur,potest vincere ꝙ sibiipsa volūtas peccādo fabricata est, vincere nō potest: multi nollent iurare;vbi cōsuetudo linguā tenuit,nō refrenāt;ad mali stirpē ꝑtinet carnis prudentia, quæ legi Dei subijci nō potest.at illuminata anima desinit carnis prudētia; glacies calida esse nō potest; vbi nix calore resoluitur,potest calescere;vbi mens arbitriū legi Dei subijcit,consuetudo mala fit bona.Ad 2 causa 2.agit vt mota,non quia accipit formā in fieri,qua agat;sed in ordine suo habet formā actiuā in esse quieto, qua potest agere. 2 solū egere influxu cooperatiuo,& cōseruatiuo.Ad 3 agūt vt motę,& ab alio;quia esse, & virtutē nō habēt à se;nō quia vis agēdi,& actualis actio eis auferatur. 2 Deus finit causas suos actus agere.Ad 4 vt ens, & actus habēt cōcursum cooperatiuum. Deus ita coogit naturæ, vt nihil sit,cui non coagat;nec volitum, vel efficiendo,vel sinendo,& permittendo.2 ad peccatū nō positiuè,permissiuè,& creata deficit, ꝙ nō dat rectitudinē,vt actus est in sui potestate. Cōtra, si Deus non causat rectitudinem, prius deficit.℞ si non dat rectitudinē actui nostro,nō tenetur Deus,rectitudo nō est debita,nec tenetur actibus nostris. Contra,creata non

ob aliud peccat,quia causat actũ subſtratũ peccato.℞ nõ quia causat actũ,sed inordinatũ, vt à Deo eſt ordinatè volitus, vt creaturæ defectus.Cõtra ſi Deus ſubtrahit cõcurſum gratiæ,peccat.℞ Deus regula quoad volitum, in modo volendi diſcordás deficit; nõ efficere rectitudinẽ,eſt quaſi causare effectiuè,vel defectiuè peccatum.Contra,ſi rectitudo ineſt, ꝑ prius Deus cauſat;ſi nõ ineſt,pri' nõ cauſat,& deficit. ℞ quicquid Deus dat antecedenter,daret cõſequenter,quantum ex ſe,niſi obex in nobis.dás volũtatẽ liberã & ſua dona, dedit antecedenter opera recta,quæ ſunt in poteſtate voluntatis;quantũ ex ſe dedit rectitudinẽ omni actui; & ex cõſequẽti daret ſi voluntas omnem actum elicitum ageret rectè, quãtum ex ſe nõ cauſat,nec concauſat vt tenetur.Ad 5 vt act' à Deo nõ præuiè. prius in quo;tãtum à quo.quoad eſſe, nõ quoad deficere.Ad 6 nõ influit in actum peccati concurſu ꝓuio;ſed in actum eius,vt actus eſt; ꝙ eſt cooperari ad actum.Malitiã ꝑmitrit,qa ſcit actum ab alio male fieri, diſplicet,nec ꝓhibet;ſinit, cum poſſet ꝓhibere,vt cauſa ſecunda liberè in motus;hinc præuenit, nec ꝓdeterminat actum. 2 permiſſio in voluntate Dei,nõ eſt niſi nõ velle ꝓhibere illud fieri,ꝙ eſt negatio actus diuini, nec actus poſitiuus;dum vult ſinere, non habet velle rectum circa illud,ꝙ ꝑmittit,ſed reflexum,hinc nõ ꝓuenit. Ad 7 ꝓuidentia diſpoſita; bona vult,& facit,mala permittit,preſcit.2 ꝓuidẽtia eſt ꝓſcientia,& ſeries,ſeu ordo cauſarũ, q̃ De' agẽda diſpoſuit.Ad 8 Deus cauſa enti vt ſit;peccatũ defectus,receſſ' nõ habet cauſã eſſendi, ſed deficiẽtẽ.2 Ad Deum,q ꝑmittit,ſinit noſtros motus.ad Deũ vt vindicet,puniat,iudicet,nõ faciat. Ad 9 malum pœnæ à Deo, culpæ vt ſumme auerſatur Deo,min' Deũ authorem habet.Iob abſit à Deo impietas.pſal.nõ Deus volẽs iniquitatẽ tu es Sap.15 nemini mãdauit Deus impiè agere, nemini ſpatium dedit peccandi.ad Rom numquid iniquitas apud Deum? Ad Cor.quæ conuẽtio Chriſti ad Belial.Iacob.Deus intẽtator malorum.deſcendit malũ à Dño,videt,iudicat,permittit,punit. Cõtra,eſſet actus peccati, cuius author non eſſet Deus. ℞ peccatũ formaliter priuatio,defectus entis,& boni.qui peccat nõ cõcurdat legi Dei in eo quod tenetur; eſt priuatio gratiæ, habituum; q̃bus repugnant actus mali,ſaltem virtute;vt iſta non ſe habent formaliter,ſed conſequenter,aut demeritoriè,formaliter priuatio rectitudinis,quæ deberet ineſſe actui, cuius voluntas eſt debitrix 2 hinc cauſa eius deficiens,non efficiens,nec in Deũ. Ad alia infra 2 concurſus Dei,ad ens & bonũ; indifferens vt ex nobis, qui praue,& rectè poteſt fieri;& Deus ſinit

nit nostros motus, & concursus Dei paratus. Ad 2 non determinatur Deus; sed voluntas creata se determinat; ad q̃ exhibet cõcursum, ipsam inclinat ad bonũ, si ipsa velit, nec cogit, impellit, necessitat. 2 inclinatio nostra est inclinante Deo, nõ determinãte ad vnũ Physicè. 3 prius à quo pendet, non in quo; secus actus *Dei*, non noster; ad malum Deus non est author. Ad 4 in actu, quo vult, vt voluntas velit, semp supponitur Deum inclinare ad bonũ, ad pcepta legis; in actu creato libero, si ipsa tendit ad malũ; *Deus* finit eam, recusat bonum, nec dicat per Deũ abest. Ad 5 circa ens vt ens semper Deus; circa malũ vt malũ comminatur *Dñus* vè qui dicitis bonũ malũ, & malũ bonũ. Nullus qui facit malum, ei placet; maledicit malis nisi resipiscãt, nec *Deus* volens iniquitatem. Ad 6 ad omne ens; malũ nõ nisi pmittit, finit, hortatur Deus exire de babilone, ne participes simus delictuũ, nec de plagis accipiamus. Ad 7 cuiusuis vt vult; vult liberos, videt volentes. Ad 8 nec ex voluntate Dei, vt faciant actum, cui subest malũ, sed bonum; hinc præcepta dedit, vt sit oẽs boni; deficio, cõcursus Dei nõ deest. Ad 6 haberet si ex actu Dei, absolutè fieret actus, cui esset malitia formalis. Ad vltim. ex Dei præscía sequi adhuc necesse; si sit ex intrinseco, & necessariò nexu antecedente; non si ex suppositione, & connexione libera; Deus pscit Iudam, Antichristũ malum, præscía Dei quæ falli nõ potest, habet nexũ cum peccato Iudæ, & Antichristi; at ex suppositione extrinseca, quod vterque sit p libertate peccaturus; *Deus* pmittit, non impedit, nec tenetur impedire, dederat dona, vt essent boni. 2 necessitas antecedẽs, q̃ ad vnum determinat, hęc infert necessariò effectũ; at consequens, quæ importat *Deũ* nõ falli in sua præscía; hæc inuoluit effectũ si non absolutè, saltẽ sub conditione, ꝙ ipsa velit: at causa libera concurrit; posito quod Petrus sederit, aut sessurus sit, cũ *Dei* velle; necessitas præsciæ, nõ tollit libertatem, esto sit antecedens. 3 hæc necessitas antecedẽs effectũ realẽ; nõn præsciã, & prouidentiã. Nec Deus ignorat, qui oĩa nouit; qui nouit facta, quam fienda cui nulla creatura inuisibilis. cognouisti oĩa nouissima, & antiqua. mirabilis scía tua ex me. Quo ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam.

An Deus saltem antecedenter ad præuisionẽ velit materiale peccati, vt actus est positiuus; & in quibus malitia reperitur. 7

LVther in assertion. art. 36 ad Leo. 10. hominẽ cogi ad peccatum, Dei puidentia, & decreto: in eius potestate nõ esse vias suas malas facere, mala in nobis

Deum facere, vt & bona. Impiũ esse a Deo ad diem malum; & in malis operib' hominẽ sæpe coactum aliud facere, quam cogitat & lib. de seru. arbit. Iudas necessariò proditor, nec in manu eius voluntatem mutare; si nõ coactus; tamen opus, & velle eius, cuius omnipõa mouebat Deus, & vt oĩa alia. Caluin. 3 instit. §. 9. excusabiles peccãdo haberi homines reprobi, qui euadere nequeunt necessitatẽ peccandi, ex Dei ordinatione. § 23 cadit homo Dei prouidentia sic ordinãte. Viglest 3 Dialog. c. 9. ꝓpositũ Dei oportet necessariò impleri, & omne futurũ necessario eueniet. Beza in sum. Christianismi, Dei immutabili decreto omnia necessariò euenire; vt Iudas Christum ꝓdiderit; Herodes, & Pilatus necessariò Christũ damnauerint; Reprobi pereant necessariò. Adamus Dei decreto ineuitabili laberetur. ex Manicheis tollebant ipsi arbitrium; Peccatores sua natura malos à malo principio ꝓductos, nec arbitrij libertate malos. Cõtra hos Trident. sess. 6 c. 6 quis dixerit non esse in potestate hõnis vias suas malas facere. Can. 18 diuina potestate prædestinatos ad malum. Can. 23 semel iustificatũ nõ posse amplius peccare. Can. 5 arbitrium post Adæ peccatum esse rem de titulo, aut titulum sine re, Anathema. Certũ, Deum non esse authorẽ, aut causam peccati; at si præfinierit suo decreto actum malũ, vt actus est; an cõditionatè præscierit, aut in sua permissione, & cooperatione; nõ tñ efficaciter suo cõsilio decreuit.

Dico. malum culpæ, nec ꝓ formali, nec vt actus est absolutè, potuit antecedenter velle, & absolutè prædefiniri, ante præuisionẽ, & permissionẽ, & præsciam suæ cooperationis. Scot. 1. d. 41. D. offerri Iudam, & Luciferũ peccare; noc solũ quia scit se ꝑmittere, sed quia scit se cooperaturum, cooperari non est ante ꝑdefinire. d 47. D cũ offertur peccator, voluntas circa hunc non potest primo habere velle; nam velle aliquem habere peccatum non põt; sed vult nõ prohibere, ꝙ est permittere vti libertate; & scit se cooperaturum ad actum, & comitatur vtramque permissionem; Deum ꝓuidere, se non velle prohibere hunc peccare. 2 d. 35 q. 1.

Prob. Scripturæ reuelãt Deũ non velle mala culpæ, imo prohibere ne fiãt. Abac. 1 mũdi oculi tui, ne videant malũ, & ad iniquitatem respicere non poteris; id scia approbationis, aut decreto. psal. 5 non Deus volens iniqtatem tu es. Sap. 14 odio Deo impius, & impietas eius. Eccl. 15 q̃ odit Deus, ne feceris; non dicas ille me implanauit. Iacobi 1 De' intentator malorum est. Rom. 6 numquid iniquitas apud Deum? absit. 2 Fulg. lib. 1. ad Monymũ;

Deus

Deus non est auctor eius, cuius est vltor; crudelis, & scelestus, q in alio vlciscitur, cui' est auctor. 3 Aug. nemo Deo authore fit deterior; quod est enti causa vt sit, non est causa nō essendi. 4 peccatum formaliter defectus, informitas à regula diuina, & æterna; priuatio debitæ rectitudinis, non hēt causam efficiētē, sed deficiētem. 5 quod effectus rectè non causetur, non est ꝑpter causam priorē, q quantū ex se rectè causaret, si secūda causaret. 6 si De' & creatura concurrūt ad actū, non tamen Deus causa peccati; quia quicquid Deus dat antecedenter, daret consequenter, nisi esset impedimentū. 7 si Deus nō causat rectitudinē in actu, illam tamen causaret, si volūtas creata causaret, ideo actū nō esse rectū, qa causa secunda, qm ex se rectitudinē non causat; vno instanti nāræ materia substat, efficiens efficit, vna pfectior alia; nō prior in hoc ꝙ inuicem causæ, & ad effectum communem; vt potest esse materialis res rōne vnius, non rōne efficiētis, ita defectus rōne causæ secundæ non Dei, cuius ē dare esse. 8 nec formaliter potest Deus à se auerti, bonus per essentiā, non pōt se non summè, & ordinatè diligere; nec virtute; qa nil aliud à se est necessariū ad volendum se. bonus per essentiam, nequit velle malitiam suæ bonitati contrariā. 9 voluntas accepit libertatem, qua potest cōformiter, & difformiter agere voluntati diuinæ; quæ quantum est ex se causaret, ꝙ inferior causaret, si sibi esset conformis. 10 volūtati imputatur defectus, nō sōlū quia ipsa causat defectū, sed qa tenetur rectè agere, vt effect' est sub potestate sua, & tamē nō agit rectè. Deus non tenetur, & ex hoc ipso in se peccare nō pōt; nec nō causando primò deficere respectu rectitudinis debitæ inesse actu; tunc fit debita, cum non est ex defectu voluntatis creatæ.

Prob. 2 nec præfiniri vt actus est. Prob. Trident. mala opera, itaut bona Deū operari, non admittit; minus antecedenter definire. 2 Trid. damnat, vt sit opus Dei propriū, ꝓditio Iudæ, & vocatio Pauli; vocatio actus est antecedens; ergo minus actus ꝓdicionis. 3 etiā Vigleft Constātiæ damnatus, de necessitate oīa venire, ꝙ à Poetis, certa stāt oīa lege; id Luther ad Leonē art. 36. 4 Luther, operationes in Psal. 5. arbitriūm actiuè in bono opere, at velle illud credere, sperare, diligere; motus raptus, ductus verbi Dei, vt continua mentis renouatio, intensio, & passio, vt figulus formā affigit. 5 idem de seruo arb. C Erasmū, omnia immutabili, æterna veritate, infallibili voluntate præuidet, proponit, facit; pugnat id cum arbitrio. 6 Caluinus 2 inst. c. 5 §. 14 non vt motiō à lactu lapidis non differat, imò hominis facultates respuūt, ap-

approbāt; velle, nolle, eniti, respuere solidum bonum, velle malum, nolle bonū, eniti ad nequitiam, resistere iustitiæ. 7 Melanthon 2 loc. communiū cap. de lib. arb. si non ad prędestinationem referas humanam voluntatē; neque in externis, neque in internis operibus vlla libertas; si ad externa quædam videatur iudicio nārę libertas ad c. 8. ep. ad Rom. iuxta declinationem Dei necessitas, nō rerum cōtingentia 8 Viglesf 3. dial. c. 3. numquid creatum potest impedire determinationem Dei? & volūtatem procedētem ex Dei pposito? oportet necessariò impleri, & omne futurū necessariò euenies; vbi dant decretum determinatè, fatum ad vnum, absque arbitrij indifferentia. 9 Beza in summa Christianismi, ineuitabili Dei decreto, Deo sciente, & ordinante, Adam necessariò lapsus nec potuit ita labi, nisi Dei decreto, volūtate, & ordinatione; vbi non solam dat permissionē, præsciam malitię, & voluntatem cooperandi ad actum. Ad primā calumniam de prouidentia Dei; Iudas, si Dei decretū consideres necessariò pdidit. de arcan. prędest. Adam sponte sua culpa lapsum; prout Dei consilium determinauit, vt fieret ex his decreta antecedentia, quibus non possit iungi dissensus; & decretō Dei absoluto omnia fieri, Deum prę definire ad malum, voluntas p determinata; nullus nouator dixit Deum ad malū formale, sed materiale, nec malū vt malū. Et Aluarez disp. 22. num 30. Luth. & Calu. non errasse in eo quod absoluto decreto, & physicè ad vnū, sed quia malè inferebant destrui arbitriū, rem de titulo. Contra decreta non sic absoluta ad vnū, quibus nō pōt coniungi dissensus, vt dat Trident. contra illos; ergo nō sunt prædeterminātia, vt ab eis sit inseparabilis dissensus. 2 eadem principia sub eisdē terminis in modo, & figura, quę rectè cōcludunt, idem inferunt; si decretū est ad vnū, determinat ad actum malū, ante cōsensum, non pōt in sensu composito cōbinari dissensus; ergo tollitur libertas. 3 indifferentia, & libertas, vt arbitriū motū, & excitatū possit dissentire ea pōa, qua nulla vnquam circumstātia, aut pōa erit actus oppositus, ergo semper ęquè aufertur libertas. 4 habet arbitrium, vt excitationi, motioni resistere possit; sed decreto, & pdeterminationi ad vnū nullum resistit arbitrium. 5 illā motionem dat Trid. quæ excitat & adiuuat; excitari, & iuuari nō est determinari ad actum per entitatem physicè causantem vnū; hæc enim naturalis est, non liberam infert motionem. 6 hæretici non ponunt aliam necessitatem ad bonum, & malum, quam ex suppositione decreti, & diuinę motionis; & tamen re-

ipsa tollunt arbitriū, secus non in re, sed modo loquendi errarent. 7 pōa ad dissensum tantum nominis, & vocis esset; nunquā redigenda ad actum; nec talem Caluinus denegaret. 8 arbitriū sub decreto ad vnū, aut antecedenti pręfinitione ad actū bonū, aut malū, elicere contrariū, aut ommittere illū est impossibile, ergo nec pōa pxima ad carentiam assensus, aut actum oppositum. 9 permissio peccati nō supponit actū positiuū voluntatis diuinæ circa Iudam. 10 signum nolitionis efficacis est phibitio, signum volitionis remissæ est permissio, & dissuasio. 11 illud permitto, q̄ scio ab alio malè fieri, & displicet; si prohibeo illud pmitto, non determino.

Prob. 3 ex his. si absoluto decreto, non esset in potestate hominis vias suas malas facere, sed à Deo, nō permissiuè solum, sed ppriè, & p se. 2 vt bona, ita & mala antecedenter pręmoueret ad efficiendū actum malum. 3 si antecedēter absolutè decreto vellet; non esset cur nō auctor peccati; per se, directè vellet actum fore, quo Iudas vēdidit, nec Iudæ venditio antecedēter voluit. Contra. conuenerunt, quæ manus tua, & concilium tuum decreuerunt fieri. ℞ fieri est pati, supponit agere; non Dei, nostræ malæ voluntatis, vel deter minat vt fiant, non facere; decreta *Dei* nō vt actiua; passiuè; finit, vt fiāt. 3 Deus non determinat, nec pmouet ad sacrilegā venditionē efficiendā, nec ad malum, qui intingit manū, hic me tradet. tradat ego. ne dicas ille me implanauit; implanat qui præmouet, incitat; si vellet actum fore, non esset, quia auctor mali. 4 nequit antecedenter velle, quę antecedenter prohibet, inhibet non modo deformitatem, quę est carentia rectitudinis, quæ non est nisi in subiecto apto: sed actum positiuum, sine quo non est deformitas act'. 5 causa, radix mali, non praua hominum volūtas; sed *Dei* decretum, pręmotio ad actum; cur odio habet quod efficaciter facit, & ad q̄ pręmouet. ℞ pro formali deformes, non vt actus. Contra. positiuè actus vt a voluntate creata sunt deformes in sensu composito, blasphemia, mendaciū, odiū Dei; nec abstrahunt à rectitudine; nec possunt esse volita antecedenter, quia auctor mali ita esset *Deus*. 2 posito Decreto ad actum sua manente potentia ad actum oppositum, copularet duas operationes contrarias. 3 Deus antecedenter prædeterminaret ad actum praui; non solum præuisione, permissione, sed decreto ad consensum praui. 4 cum offertur voluntati Dei aliquis peccaturus, aut peccare, Dei volūtas circa hunc non habet velle, velle enim ipsum peccare non potest, sed potest velle volunta-

tem non volentem hoc; sed volens sinere, & permittere. 5 velle vltima determinatione, quæ potest poni ex parte omnipotētis, volentis effectum in esse, ex parte cuiusuis, si Deus est sic volens, illud erit, ergo peccata q̄ possūt esse, & nō esse, nō absolute volita, sed conditionatè: si velit, secus non libera 6 vltima determinatione, & decreto: si non poneret effectum, ob impotentiā, vel impedita ab alio; ob mutabilitatem eius antequam effectus; ergo si prohibet, permittit, est dissensio circa peccatum; non est decretum efficax ad illud. 7 cum sola permissione *Deus* non hēt certitudinem de actu; nec habet actum positiuum respectu peccati, quod permittit; ergo nihil antecedenter quoad actum volendi circa id, quod permittit. 8 tantum præscit se cooperaturū ad actum, & substantiā actus; ergo voluntas non est antecedens; sed cooperans ad actū. 9 ex hoc præcisè, quod præscit velle Iudam permittere peccare, non est certus de Iudæ peccato; nisi præsciat se velle cooperari; cooperari non est prius operari; id neq; intelligi in esse absoluto; sic *De'* prius vult; ergo conditionatè; Deus dat antecedenter necessaria ad vitandum peccatum; & daret consequenter, nisi esset obex, & defectus ex parte nostra.

Vrgent Manichæi, Priscilliani, Albigenses, Caluinus, Luther, hæretici, omnia fato venire; peccatores nāra malos, à malo principio, aut decreto Dei cadere. Rom. 1 tradidit illos Deus in reprobum sensum. Amos 3 non est malum, quod non fecerit Dn̄us. Isai 43 ego Dominus creans malum. Psal. 104 conuertit cor eorū, vt odirent, & dolos facerent. ℞ dari in reprobum sensum, ob pœnam, & demeritum ipsorum; non probauerunt Deum habere in notitia. Amos. de malo pęnæ non culpæ. si de culpa, ĩn pęnam præcedentiū scelerum. Isai. de malo pęnę; vel si de culpa, non positiuè, negatiuè, & permissiuè. Psal. odire, dolū facere, ac bonos per malos exerceri, in bonum electorum, mala permitti. Contra.; Deus non scit futura, nisi quia decreuit, ergo nec mala futura, nisi quia voluit. ℞ aut sinendo vt fiant, aut faciendo, mala permittit. 2 mala præscit in permissione, & quia non prohibet, & scit se cooperaturum actum, non malitiam. Contra quæ Deus verè fieri permittit, verè fieri vult; nam permittere est actus, non qui sit nolle, aut non velle; si non vellet, peccata non essent, ergo velle. ℞ permissio non nisi, non velle prohibere illud fieri, quod est negatio actus diuini, nec actus positiuus. Vult sinere, non est velle rectum circa illud, quod permit-

mittit, sed reflexum. 2 illud permitto, quod scio ab alio malè fieri, & displicet; si non prohibet, permittit, quia sinit nos vti libertate, & si posset ꝓhibere. 3 signū volitionis peccati est ꝓhibitio, volitionis remissæ est pmissio & dissuasio. Cōtra; Deus ab æterno voluit cooperari efficaciter in tēpore creatæ voluntati ad actū, ℞ si decreuit antecedenter cooperari, vt sua vtatur libertate; si permittit, non vult directè pecca ta; sed quia vult nō ꝓhibere. Cōtra; voluntas debitrix vt omnem actū eliciat conformiter regulæ superiori; si discordat, caret iustitia, & peccat; ergo regula supior ꝓdefinit. ℞ de actu elicito confor mi; nō difformi. causa deficiēs est tātū creata voluntas. Cōtra, Deus vult id, ad ꝙ sequitur malitia. ergo directè malitiā; ad omnē substratū malitiæ necessario inest carētia rectitudinis. ℞ si antecedēter absolutè vellet, ad quod seqtur malitia: at Deus nec antecedēter vult malū, nec determinat, imò ꝓhibet. Præcipit Abrahæ, vt filiū interficiat. Oseę, ducat vxorē fornicariam. Hębreis spoliare AEgiptios. ℞ præcepta hęc secundæ tabulæ; mala vt lege prohibita, nec mala vt à Deo. Abrahæ vt exēplū obedientiæ, Oseæ in figurā Israel, vt adultera, fornicata à Deo suo. Hæbreis vt absolutus Dñus transtulit bona Egyptiorū. eis seruierūt. vt rebelles iussit ex poliari. 2 in istis casibus non erat materia legis. Cōtra Baruc 2 statuit Dominus vt adduceret super nos mala ℞ mala pęnæ à Deo. Cōtra. cap. 4 vt manducaret homo carnes filij, & filiæ. ℞ in pænā scelerū, nec vt culpę absolutè volitę, vt enim malū culpę summè aduersatur Deus, minus habet authorem Deum.

Arguent Thomistæ; substratū, & actū, Deū absoluto decreto velle; & aliqui id Scoto 1 d. 41 D. 47. Deū præscire peccatū, qa scit se cooperaturū ad actū; ergo signū, Deū vellē ipsū absolutè futurū. ℞. Deū præscire in cooperatione, supponit pmissionē, & præuisionem actus; sed non absolutè ante suam cooperationē. 2 actus ex voluntate creata si supponūt; supponūt velle rectè antecedens qm ex parte sui; tamen absolutè decretum vltimum, quo volitū absolute erit, supponit quid volūtas creata operatura sit; ait Scotus d. 40 in fine. vt creata volūtas pōt mereri damnationem, potest sequi comitāter, quod diuina nō ꝓordinarit; ex hoc efficax decretū non est antecedens, potius cōsequens. Contra, positiua veritas substrata defectui, in se bona; ergo à Deo volita, & ꝓfinita. ℞ entitas ex parte causæ secūdę, cui annexa est malitia, à qua separari nequit, nec videri sine causa secūda. C. vēditio Ioseph; nō vestro cōsilio, sed Dei volūtate huc missus sū. Act. 2. Definitur cōcilio; Christi ꝓditio, & ꝓscia Dei.

traditur. 3 côuenerût Herodes, & Pilatus facere, quę manus tua, & côsiliû tuû decreuerût fieri. R̷ve stra vêditio, at Dei volûtate p-missa, qua huc missus, & exaltat' a ex malis nouit Deus bona elicere. 3 absolutè volita vltimo, vt Ioseph exaltaretur. Actor. ab soluto côsilio, & p̄scia, ibi côsilio, nô absq; p̄scia. 2 actiuè à voluntate creata; vt fiat, passiuè decerni, est Dei permissio. 3 Decretû supponit lapsû Adæ, & peccatû, circa q̄ voluntas Redêptionis, & mortis Domini. 4 vt media ad redêptionê esse volita; at Iudei si côformes in volito. non in modo volêdi; mors tamê ab eis illata, in odiû. Côtra, causa secûda nô agit, quin mota à prima; nec essêtialis ordo esset, si p̄derminatio nô esset. tâ in esse, quâ agere. R̷ in ordine ad causâ liberâ, nô determinat ad vnû p̄uiè; secus libera nô esset. 2 dat esse, dat côcursû Deus quâtû ex parte sui ad bonû; defectus ex nobis. essentialis si secunda nô absque prima; & ordo ad simul cû Deo; non ad vnû præuiè Deus.

An Præscientia futurorû sub cô ditione sit ante omne Decretû diuinæ volûtatis. 8

ALuarez, Bânes, Zumel, Thomistę; côditionata vt antecedunt decretû diuinæ volûtatis; nihil aliud esse præter possibilia; possibile nô est, sed potest esse, ita côditionata; sic nô cadere sub scîa vt futura aliquo modo; nec vt sic scibilia à Deo; Nec scibile, si Angeli crearêtur in gratia, qd facerêt ex innata libertate; nec si Petrus his circûstantijs positis, & tali vocatione Molina, Suarez, Vasquez, Albertin; Fasolus, alij, volunt ad mediâ spectare; quia nô de possibilibus, nec de absolutè futuris; naturalis scîa est tâ ex parte principij, quâ termini ante Decretû. Visionis est libera ex parte principij, & termini. Côditionata naturalis ex parte principij, vt solius intellectus, ante decretû absolutû; & libera ex parte termini, quia à volûtate creata, ex hypotesi, q̄ tali ordine rerû poneretur: q̄ l veller agere; in principio côuenit cû naturali, in termino cû libera. Scotus; omnis determinata veritas in futuris petenda quidê ex Dei volûtate 4 Prol. art. 2 1 d. 39. T. vt volûtas potest facere volitû fore, & non fore, ita verû, & nô verum, p̄pter côtingentiâ ex parte obiecti. d. 41. A Deus nô p̄uidet benè vsurû arbitrio, nisi quia vult, p̄ordinât; vbi de certa, & absoluta p̄uisione. D. si voluntas potest mereri damnationê, ita potest sequi, q̄ volûtas diuina nô præordinat; nec potest stare intellectio eius cum opposito. Hinc ad effectus, quos Deus cû câ secûda p̄ducit; nô p̄finit vltimo nisi cû illis, si velit; extrinseca determinatio, illius causę, si nô vt determinatè futura, saltim côditionatè. hinc conditionatè

naæ è futura;& pceptaDei cōditio pate inuoluunt determinationē suā ū causarū si absolutè, & vltima voluntas, De⁹; si cōditionatè vt velimus nos;qd nos vellemus; & q Deus pcipit nos velle; finit nostros motus; nō absolutè;omnia à Deo; sed quid ex causis secundis esset ꝓ sua libertate. hæc omnia inDei prescia.Iudicia Dei. nouit Dominus.nulla creatura inuisibilis.nouissima,& antiqua.

Dico.scia cōditionata non aufert ordinē diuinæ volūtatis; inuolui t decreta Dei antecedētia; quibus vellet nos efficere, & daret quibus facerēt.Scotus 1 d.46 Voluntas antecedens dat antecedētia ad salutē omniū;quib⁹ possent homines benè viuere,& saluari,quantū est ex parte sui.ibidē A.voluntas beneplaciti sempimpletur, est vltima determinatio, q potest poni ex parte omnipotētis,& si Deus est sic volēs,illud erit.Ibidē;nec impedita, nec q ex se nō sufficeret;nec ob mutabilitatē eius,antequā intelligatur effectus poni in esse.d. 47 D offertur voluntati,hunc peccaturū,vel peccare,primo volūtas circa hūc nō habet velle absolutè,velle enī ipsū peccare nō pōt:sed velle voluntatē suā non velle hoc; & volēs sinere,& voluntariè permittere.B signū volitionis efficacis, si fiat immediatè à volūtate,est adīpletio;si p alterū,est pceptū,& volitionis remissę in nobis;est cōsiliū,psuasio, pmissio, monitio; ita nolitionis remissæ pmissio,dissuasio;volitionis efficacis phibitio. hæc respectu Dei,circa obiecta,q ita nollet,q tū nō vellet phibere & hic actus in Deo,vt transit sup obiectū.Infra,permissio, q effect⁹ sit contra præceptū,& signū volūtatis,cui non respōdet,nisi nō velle phibere illud fieri;&volens sinere,si non est velle rectū, est reflexū,circa id,q permittit circa nostrū velle. 2 d.33.infr.D naturā rationalē semp pducit in finē, si nō fuerit ex parte sui impedimētū,& defectus. 39 B voluntas debitrix,vt omnē actū eliciat,iuxta regulā,& diuinū præceptū; si discordat, caret iustitia debita,& est deficiens.3 d.21 cōditionata iuxta ordinem diuinæ voluntatis infinuat 4d.16q 2.K M cōditionatē futura; ꝓ instāti quò peccat, vult puniēdū, & dignū esse puniri volitione conditionata, peccator si fiat in termino puniatur,si pæniteat nō esse puniēdum; circa idē obiectū velle cōditionatū affirmationis ꝓ vno instanti,& velle conditionatū negationis ꝓ alio instāti.2 d.34 q.1 M Deus quicqd vult antecedenter causat,quātū est ex parte sui,nisi impediatur.quodlibet 7.H ordo causalitatis nō cōcludit,q inferior possit causare sine superiori, cum causa secunda potest.

Prob.1 conditionata de quib⁹ scriptura,Descēsus Saulis in Ceilā. si Dauid ibi maneret. subuersio Niniuen nisi pænitentiā ageret.

con-

conuersio Tiriorũ,si corã eis virtutes essent,& alię pfinitiones nõ sũt vltimæ,absolutæ, sed nõ vltimæ,& cõditionatæ; eorũ futurorũ, q̃ fierent cũ causis secũdis liberis,sub his vel illis signis; ergo si nõ ptinẽt ad decretũ absolutè futurũ,tamẽ cõditionatè,q Deus voluisset cũ illis coagere;& a volũtatẽ antecedẽtẽ,q̃ nõ est necesse impleri,nisi vt signũ cõforme voluntati beneplaciti,quę est vltima determinatio ,qua vult res absolutè;ergo antecedẽs,conditionata,vt inuoluit ordinẽ, & seriẽ à causis secũdis. 2 cõditionata inuoluũt determinationẽ suarũ causarũ;cõuersio Tiriorũ esset futura , posito q ibi factæ essent virtutes;qa volita tũ à Deo,tũ agentibus illis ad positionẽ miraculorũ;vt possibilia nõ inuoluũt futuritionẽ,& determinationem causarũ;positis quibusuis cõditionibus,possibilia nunquã sunt futura. 3 per notitiã simplicẽ cognoscit quid facere possent , non qd facerẽt.4 non est ita media,vt sit naturalis ex parte principij, libera ex parte termini;nã libera ex parte termini, necessario est libera ex parte principij Antec.determinatio, & inclinatio creatæ volun atis,si ponatur in tali ordine,nõ potest esse ante quã velit , & inclinet Deus, & det sufficientia,vt creata possit velle,qa si creata voluntas habeat, q possit se determinare,vt libera est; nõ tamẽ independenter à voluntate Dei, nec in esse cognito;sicut in esse cognito, ita in esse reali ; ergo si dependẽter a voluntate Dei,etiã libere ex parte principij.4 scia in Deo , q̃ supponit decreta quouis modo est libera;si non decreto q est volũtas beneplaciti , & vltima determinatio,decretũ antecedẽs & volũtas signi ; vel etiã decretũ conditionatè;si pro A malus, pęna dignus.si nõ fleuerit Ezechias, moriatur.si Adã comedet,expulsus è paradiso . 5 intellectus Dei res cognoscit iuxta pprias rationes,hoc vt necessariũ,illud vt cõtingens; sed voluntas Dei prima causa,& radix omnis cõtingẽtię, ergo nil sine velle Dei,quo & sufficientia vt velimus , & dat velle , & pficere,vt benè velimus.Cõtra dat velle;ergo ab eo,q pdetermi nat velle.℞ velle,& pficere p bona voluntate;vbi mala voluntas, nec velle suum antecedẽs,q pficit cũ bona volũtate . 6 futura se ipsis necsũt,nec esse possunt absolutè futura,ergo nec sub conditione futura,nisi sub conditione velit Deus,vt fiat , & velimus illud esse futurũ.Nulla contingẽtia nisi à prima;ergo nulla , quia disponit Deus ordinẽ,quo posset esse futura;& quin sit Deus paratus ad esse futuri;si non absolutè, saltim sub ordine, quo Deus disponit vt libere essent futura . 7 nullus effectus est determinatè futur' sine Deo;ergo nec sub cõditione,quin velit Deus cõditionẽ.Adę ne comedas.Iudęis an velint

sint sequi Deum: si ad vitam, serua mandata. si Deus, sequimini illum. Contra, si Deus velit, nos absolutè volumus. ℟ Scot. 2. d. 34 vult antecedēter; & vellet cōsequenter, nisi obex ex nobis. 2 conditio Dei, non est si velit De⁹ agere, quantum ex se vult antecedenter agere; dat vt agamus, defectus ex nobis, quin agamus. concursus *Dei* non est indistinctus, confusus, imperfectus; perfecta causa, comprehensio, cognoscit distinctè, antè velle vltimum circa finem, quid nos vellemus; ante hominē vita, & mors. serua mandata. qui bona egerūt. si peccator ingemuerit. tene quod habes, nè alius coronā accipiat. Multi ab Oriente, & Occidente veniunt. Contra, filij regni eijciētur, ergo priora absoluta decreta. ℟ eijci est vltima voluntas; non vltima cum nobis, Scot⁹; cōditionatè præcipit Molina, Suarez. Antecedens, Alensis, & Magister. scia visionis, non approbationis, Bonauentura, Thomistæ; videre causas secūdas nō ē prior sine illis, nec decretū tantum ex parte Dei. 7 vt antecedit prouisionem conditionatè futurā, si velimus; concursus Dei, & voluntas quantum ex parte sui non est indifferens, quia dat antecedentia, quibus velimus; est inefficax, quia non vltima volūtas, expectat nostros, inclinationem; defectus nō ex parte Dei, sed nostri, qui nolumus Deo vocanti respōdere. 8 non determinata veritas in effectibus determinatè futuris sine voluntate Dei, vt essent futuri; ergo nec veritas in conditione futuris, quin virtus determinatè sit applicata, vt effectus sit futurus; at id velle antecedēs quantum ex parte sui, nō vltimo decreto. 9 Petrus in hoc ordine rerum, sub his, vel illis circumstantijs est indifferēns; at non est indifferēs ex parte sui *Deus*, qui vellet eum flere; non est indifferēs vt Iudas peniteat, sed puenit ne cadat, vnus vestrum; vè homini; in actu proditionis, Amice. fudit sanguinem, nec vt delictū ita doni. plus valoris, & boni, quàm maliciæ; copiosa redēptio; at desperat; laqueo se suspendit; hæc voluntas Dei sub conditione, hæc præscia si velimus; ante vltimum velle beneplaciti, efficax non est, secus libera nobis nō esset. 10 cōprehendit Deus, quid voluntas nostra ageret, at non sine velle *Dei* antecedēte, seu cōditionato si vellet agere; hinc numquam creata voluntas sine Deo. 11 nō ante suū absolutū velle, cognoscit, quod ab ipso absolutè vt sint futura; ergo nec ante conditionatū velle, quod creata voluntas velit, cognoscit quod ipsa velit. 12 promissiones *Dei*, quibus percipit nos velle, inuoluūt decreta Dei vt velimus; scripturæ quibus nos vocat, præuenit, inclinat, dat necessaria, supponunt decreta *Dei* antecedentia; & quia sub conditione, à no-

 stra

ſtra inclinatione præuiſa; noſtros ſinit motus. 13 Decreta ſua non videt Deus niſi velit; ergo minus noſtra niſi velit vt vellemus nos; at conditio non ponit in eſſe niſi poſita conditione; ergo ſi nõ videt niſi velimus, non eſt quin velit Deus vt velimus; quia velle Dei ſub conditione. 14 velle ſuũ Deus videt, qa ſibi coęuũ in eſſe: at velle noſtrũ, quia cõprehendit quid ageremus nos; in omni ordine, quo nos vellet vt facerem⁹; nec percipit effectũ ex nobis, qn in eſſe cognito ſit in ſua præſcia ex nobis. implicat effectũ futurũ ex nobis, & ꝓuideri non ex nobis. 15 ſua decreta non videt, priusq̃ ſint in eſſe; ergo noſtra ꝓuidet, qa ponerentur in eſſe; dicit: quæ ventura ſunt, & dij eſtis. ℞ Vulpes vt effectus ex nobis, cõcurs⁹ Dei in partilari; ſec⁹ à nobis ret ſine determinato velle Dei. Cõtra. Concurſus Dei eſt ſufficiens vt vellem⁹ nos. 2 eſt paratus De⁹ ad agendũ. 3 non eſt effectus realis, ad quẽ nõ eſt agens Deus, eſt ꝓuiſio eius, quod ageremus nos agente Deo. 4 vt determinatio creatæ voluntatis eſt ſub conditione, ꝙ ageret Deus. ergo non videtur ſine Deo. 5 vt ẽẽ abſolutũ à re creata exigit abſolutum velle Dei; ita ſub conditione velle, exigit Deũ ſub conditione velle darequibus velis. 6 ſi præſciret ſe velle anteq̃ vellet, nõ eſſet ipſe volens; ergo ſi ſtatuit velle, a nteq̃ videat, quid vellemus nos, non eſſet videre, quid vellemus nos, ſed quod ipſe vellet.

Prob. adhuc. Deus hẽt ꝓuidẽtiã de omnibus; regit res, vt aptæ ſunt regi; ſic res adminiſtrat vt motus ſuos agere ſinat. prouidentia ſpeciali præuidet cuiq; bonum, iuxta merita præſentia, vel futura, occulta nobis, ſibi tamen præſentia; iudicia Dei iuſta; ergo ſi conditione præcipit; conditione præuidet; non ſibi, nobis conditio. 2 q̃ ſub conditione ꝓcipit, ſub conditione permittit, ſub conditione præuidet; nec decretũ vltimũ, ante conditionem. 3 hæc futura non habent determinatè ſuã veritatem, niſi ex ſuis cauſis, & hypoteſi quod velint; ſi vis ſanus fieri; ſi vis ad vitã ingredi. ſi ingemuerit peccator. niſi pænitentiã egeritis; ergo cognoſci nequeunt niſi ex ſuis cauſis; ſtante decreto, quod velit Deus cũ illis agere; & hæc decreta, voluntas antecedens, permiſſio; noſtros motus ſinit 4 determinata veritas contingentiũ non eſt ex natura rei; quæ potius indifferens, ergo ex cauſis ſumenda eſt. 5 vt abſolutè futura, ad Dei voluntatem, ita ſub conditione futura; & abſolutè volu ntate beneplaciti; cõſequente, vltimo volita ex abſoluto decreto; ergo ſub conditione volita a nobis, ex decreto ſub conditione, ſi velimus nos; quod eſt decretum antecedens, volũtas ſigni; præſcia, preuiſio, noſtros ſinit motus. 6 Dei vo-

voluntas est vt causæ liberæ faciant; per *D*eum non abest; qui stat ne cadat; sub te appetitus; ergo quicquid futurũ ab eis, in quouis ordine præscitur à Deo; scrutator cordiũ; nouit facta, & fiẽda; vidit cogitationes. 7 vt voluntas vltima, & non vltima; antecedens, q̃ est ex parte sui, non est beneplaciti, efficax, qua volitum, illud erit. ita decretum sub conditione si velimus, exprimit tota scriptura; & absolutum post liberũ vsum; non absolutè à parte rei; sed præuisum sub conditione, qua *D*eus præcipit, ponit nos in hoc, vel illo ordine: secus q̃ sub conditione nostra relicta, essent absolutè, & vltimo decreta & volita; at scripturæ quæ sub cõditione, & libertate nostra relinquũt, non vt absolute, & vltimo decreta reuelant. 8 quæ à causis liberis non habent verum esse, nisi ab ipsis; absolutè Deus antecedenter vult, & p̃cipit; cõditiones si ipsæ velint; ergo conditionata ad præsciã Dei, vt sint absoluta decreta Dei. 9 futura sub cõditione à causis liberis, non defectu p̃uidentiæ, vt anceps, & dubius de euentu; sed decretum est ex parte sui sub conditione libera, vt motus nostros sinat, & liberè in rerum ordine nos ponat; quicq̃d in vno, & alio signo, p̃ut sua disposuit sapiẽtia; præuidet quid vellemus, & quid ageremus in omni ordine, quo liberè nos posuit; attingit à fine vsque ad finem, & disponit omnia suauiter. 10 hæc conditionatè futura, in essẽtia videt, vbi relucent omnia, supposito decreto, quo vellet cũ illis agere, & dat sufficientiã; & quatenus sibi præsẽtia, si nõ realiter, quia non sunt; inesse obiectiuo, & cognito, quia p̃uisa sunt; sic Ideæ agibilium, & factibilium intuentur.

Arguent Thomistæ; ex velle sub conditione non concipi id q̃ erit, ergo decreta sunt absoluta, nec attingi velle creatũ, nisi decreto absolutè ad vnum. 1 multa futura sub conditione, quæ non erunt, vt nec conditiones; ergo à decretis sub conditione, nequit præsciri, q̃d erit à volũtate creata. 2 nequit in velle Dei concipi actus liber, nisi mutatio in creatura; nec mutatio in creatura nequit esse ex velle conditionato; ergo ex velle absoluto: nam inter decretũ *D*ei, & velle creatũ est noua relatio rõnis cũ fũdamento in re. 3 nõ ẽ trãsit' ab extremo sine motu; in re volita est absolutũ; ergo decretũ absolutè. 4 actus volendi sub conditione nil confert ad rerum ordinem, & prouidentiam; nec per intẽllum *D*eus res disponit. 5 est liberum, & simpliciter põt non esse; ergo conditio est impertinens, & extrinsecè se habet. 6 decreta absoluta antecedunt, virtute quorũ causæ liberè physicè in tempore determinatæ sunt. Petrus consẽtiet, q̃a sic præfiniuit Deus. si Adã in eo ordine rerum, quo creat, ne

quatenus præsciuit decretum, vt vellet cooperari ad actũ peccati. 7 cur Deus creauit Adam, cum præsciuit eum casurum; nisi quia voluit. 8 decretum sub conditione, etiam impedit libertatem in habentibus illud ad agendum; si Petrus hoc ordine faceret; ergo De' necessariò præscit. 9 in futuris sub conditione ante actũ diuinæ voluntatis, altera pars determinatè vera; at posita veritate, Deus attingit; ergo impertinens decretum.

Ad 1 ex Hypotesi, quod volũtas creata ponatur in tali ordine; & voluntas Dei velit, & det cõcursum. Vnde decreuit in primo suo vniuersali decreto, vt velit concurrere. 2 Decreta sub cõditione, inuoluunt concursum Dei paratum; nec cõditiones faciunt absolutè futurum, quia nõ vltima voluntate; tm̃ quod essent futuræ. Ad 2 non potest concipi actus nõ liber, nisi mutatio realis in esse absoluto; at ex decreto non vltimo, & sub conditione tm̃ respectus rõnis Dei sciẽtis, ad rẽ obiectiuè cognitã. Ad 3 voluntas Dei absolutè, vltima efficaci voluntate, qua res est, ponit mutationẽ in re creata, & termino illius: at decretum sub conditione, tantum dicit ordinẽ rõnis ad id, quod voluntas vellet, & esset mutatio, si conditio in re esset, & effectus à parte rei. Contra, non est trãsitus in actu Dei, ergo nec à velle sub conditione, ad velle absolutum. ℞ non est in actu Dei nec conditio, tm̃ conditio ex parte termini, & obiecti, Deus vult si velis, dat vt velis; paratus cõcursus, quo ꝓximè velis, hæc absoluta in Deo; extra se conditio. 2 mutatio in re conditionatè, nõ absolutè volita, q̃ est in re posita conditione. Ad 4 nil confert ex parte Dei; sed ad prouidentiã, & ordinem causæ liberè; circa res agendas cũ eis, quas præscit qd agerent in hoc, vel illo ordine liberè si ponantur; vt vltimo absolutè, voluntas Dei fiat. Contra si præscit quid vellet, ergo præuellet Deo; ergo non prima causa libera volendi Deus. ℞ Deus dat antecedenter, quicquid ẽ ad velle reqsitum. 2 præscit inesse sub conditione, quod ipsa vellet, quod est esse sm̃ quid, obiectiuè tm̃, diminutũ; nec sine Deo: imò inclinante Deo vt velit; non determinantè ad vnum absolutè; sic liber esset Deus non voluntas. 3 primá causa, qa dat esse, qbus velimus; est cum quo velimus; tm̃ conditio si velimus. Ad 5 est liberum qa liberè dedit, quo velimus; esse sub conditione est voluntas Dei antecedens; & quæ liberè ex nobis sunt, non vult De' sine nobis, in esse absoluto voluntas fiet. Contra, si prçuidet qd vellemus, ergo nostrum velle incipit. ℞ incipit Deus, in quo ordine, loco, statu, tempore quo nos poneret. sic ad statum Petri, aut Pauli, non quiuis; quo serie, ordine,

ordine, nos poneret, *Deus* est. Diuisiones gratiarũ. Alij sermo sciæ, alij sapiæ. distribuit dona p̃ut vult. At in ordine, quo voluntate antecedente conditionata, quo nos *Deus* antecedenter posuit, & liberè esse nos voluit, q̃d vellemus nos p̃uidit; secus non omnisciens, nec omnipotens; nec sineret nos agere. Ad 6 Decreta absoluta, comparationè effectuũ à se; quæ à nobis liberè voluit, decreuit quidem ordinẽ, & seriem antecedenter, in quo illũ, & istũ poneret; at non decreuit antecedenter nos ad vnum: sed posuit nos liberè vt velimus illud; & cõditionatè præsciuit quantum ex nobis quid vellemus, p̃misit, statuit velle cooperari ad actũ. *C.* posuit Adam in eo statu, in quo p̃sciebat casurum. R̃ in eo ordine quo creatus est, & positus, nõ vt caderet, sed vt maneret, si vellet; & pro se, & posteris innocentiam seruaret; *Deus* tñ posuit in statu, quo cecidit, quia ipse sua libertate cecidit; si Deus id conditionatè præsciuit, non quia Deus antecedenter voluit vt caderet, sed quid erat ipse factur' præsciuit, p̃misit, nec negauit concursũ ab actibus in eo statu, in quo Adã Heua, & oẽs ponere statuit. Ad 8 p̃scia Dei inuoluit futurum sub conditione, vt sua libertate in tali ordine certum faceret. Ad 9 in futuris determinata veritas non ex nãra rei, sed extrinseca connexione terminorũ; ex velle Dei antecedente, vt finit nos nostro motus, cognoscit conditionatè, quid vellemus; oĩa futurá determinat, vt nobiscum in tempore causet. Contra, velle *Dei* esset ex nobis. R̃ est concessum nobis velle, est datum à Deo, q̃d velimus nos; est dona Dei non sperni à nobis. Contra si veritas in futuris ex Deo indifferens; nec futura à Deo, à nobis futura. R̃ nil ex Deo vt indifferẽs, vult vt velimus; paratus ad velle; sufficientia vt velis; contingentia determinata est à causis suis; velle nostrũ est tantum cognitum à Deo, in ordine, tempore, loco, vt vellemus posuit *Deus*; tñ conditio libera, si velimus nos; pro hac scripturæ sufficit, si filius viuit, Gen. si reuerteris, audies vocem Dñi Dei tui, Deut. sub conditione recipit reuertentes; si agnoueris plagam cordis tui repropitiaberis; si in corruptione peccati ad misericordiã venire licebit Tobi. si oblita fuerit, ego nõ obliuiscar tui Isai. saltem amodo voca me Pater, dux virginitatis tu es, Ierem. si impius egerit pænitentiam, nõ recordabor, Ezech.

An futura, quæ sub conditione p̃cipit, & reuelat Deus sint cognita per sciam naturalem, mediam; aut visionis 9

PLures Thomistæ, & Aluarez, q̃ sub conditione Deus reuelat, ante absolutum decretũ, quo præ-

prædeterminat vnum, non esse futura nisi coniecturis; nec quid foret à causis secūdis, nisi à Deo vnum sit Decretum; hinc tantū possibilia; & conditione futura, si conditio esset, & Deus physicè absolutè ad vnum præmoueret. Molina, Suarez, Vasquez, scía narālis ad possibilia, tū a Deo, tum cum causis secundis, & omnem complexionem necessariam, & contingentem possibilem sub indifferentia; scientia vt libera est futura absolutè, quoad ea, quæ per se vult immediatè, quā cum causis secundis fieri. Et media, qua sua sapia cōphēdit intuetur virtute essię, qcquid voluntas nostra ageret in quouis rerum ordine, q̄ non est purè nāralis; non tm̄ ad possibilia; vt sic oppositum etiā sciretur; nec libera, quia antecedit decretū Dei absolutum, & ab arbitrio pendet; si nō absque decreto Dei antecedēte, quantū ex parte sui, pmittit, scit se cooperaturū, finit ordinē causarum, vult cū eis agere. Parum à Scoto nisi in modo loquendi, vt Suarez, Recupit. Fasolus, alij: Nā si Scot. 1 d 39 certitudinem futurorum esse ex decreto voluntatis, de absolutè futuris. si contingentia determinatè vera propter actum voluntatis, semper de absolutè futuris. imò & conditionatè futura iuxta ordinem diuinæ voluntatis insinuat, sic aliq Scotistæ, & nos in physica data discipulis ad exercitiū, & ab ipsis typis exposita; ēt decretū pcedere cōditionata; at decretū antecedēs, decretū quantū est ex parte sui, decretū quo pmittit; quo scit se coopaturū, at nō sēper quorū ip se præscius, est auctor; malorum est pscius, nō auctor, iustus vltor.

Dico. scía conditionata, non ē media vt antecedat omne decretum Dei, qm̄ est ex parte sui; & voluntatē Dei, qua vult causas agere, & dat quibus agerent. est media, qa non ante decretū vltimū; nō absque ordine ad causas liberas; non determinat volūtatem creatā physicè, vt sit absoluta veritas in futuris ex causis liberis, absque libera voluntate, saltim conditionatè præuisa. Hāc quoad primā partē, numquā negarūt Patres Societ. Iesu; vt pasśi apud Suarez, Vasquez, Fasolum, Albert. Recupit. Becanū, & oēs. quoad secundam cōtra eos Thomistas, & Aluarez, q decreta absoluta, quæ præfiniant, determinēt ad vnū physicè; futurorū ex nobis absolutè pręscius sine nobis; ab æterno vt in tempore omnia volita vt vnū fiāt. Cōclusio tamē ex Scoto 1. d. 41. A. B. pdedestinat ex parte sui, nec Deus passiuus; tn̄ vult permittere esse filium perditionis; si vult finem, dat fidem, gratiā, arbitriū, merita ad hunc finem. Contra ibi, pter nullū istorū puisum vult beatitudinem. R quis non videt Scotū negare causam, non præuisionē. 2 negat antecedere voluntatem dandi gloriam;

riam; non sunt condignæ. 3 ibi ait, q̃ puideat ipsum habiturum quodcumque istorũ; qa propter nullum istorũ præuisũ, vult gloriam; causam negat, q̃ concedit circa reprobos, damnatio non bona nisi iusta; non vult punire, nisi qa videt malum; offertur malus; reprobatio ex parte obiecti hẽt rõnem, peccatum finale præuisũ. hanc sciam conditionatam, & decretum antecedens quantũ est ex parte sui, dat *S*cot.d.46 47 2.d.34.37.3.d.21 4.d.16.q.2.

Prob. 1 Deus certò scit virtute csiæ, suppositis decretis conditionatis, in quibus inuoluitur, qd voluntas nostra vellet; secus non esset scia libera ex parte principij & ex parte termini; nã Deus vult antecedenter, quantum ex se; si creatura nõ videretur volens in ordine, quo Deus creaturam posuit; non esset actus liber ex parte termini, respũ causæ secundæ. 2 si vna scia, & vnus actus in Deo ad omne scibile; tñ respũ secundarij obiecti; est possibile, quod põt esse; & absolutè futurum, q̃ erit; & conditionatè futurũ, quod foret à secundis causis, in ordine quo illas poneret Deus; naturalis est necessaria in Deo, ante decretum; libera absolutè, qua futurũ erit; & sub conditione, qua Deus antecedenter vellet, vt velimus; & hæc est contingens, qua Deus vt sciuit, poterat oppositũ scire, vt creata voluntas, volẽte Deo poterat oppositum velle. 3 scia visionis respicit absolutè futura, ex absoluto, & vltimo decreto voluntatis Dei; & conditionatè futura, q̃ respicit decreta non vltima, si præcisè à solo Deo; aut cum causis secundis, si ne quibus in hoc, vel illo ordine positæ effectus non possent attingi vt futuræ. nam intrinsecè inuoluunt ordinẽ ad causas secũdas liberas, quid pro sua libertate efficerent; & hæc scia conditionata, q̃ hẽt Deus eorum, quæ præcipit sub conditione libera; necessaria p omni statu, in quo homo liberè à *D*eo positus est. 4 non tm̃ ea, q̃ nunquam erunt, vt putant Thomistæ, sunt conditionatè futura, q̃ *D*eus reuelat vt essent; sed ea, q̃ Deus pcipit, & tota scriptura reuelat, vt velim' sub conditione, præcipit sub cõditione; *D*eus nequit habere vltimum, absolutè decretũ ante nostrum velle; implicat pręcipi sub conditione si velimus, & nõ scire qd velimus; antequã velimus nequit esse pceptũ absolutũ vt velimus; ergo conditionatè; ergo nõ absolutè ad vnũ. hęc scia media inter absolutè futurũ & conditionatè futurũ, in ordine quo posuit Deus creaturas liberè. Contra. si liberè posita creatura, & puisa; sub conditione, qua illam Deus constituit; ergo quis ad statũ Petri, Francisci, & Patrum, potuit sua libertate puideri. R non omnibus antecedentia, æquè pximè, in oĩ statu; omni-

omnibus quoad esse nāræ; non quoad antecedētia dona gratiæ. 2 oēs quantū in ipsis est, ad meritū cuiusuis pertigere possent; nō natura, & arbitrium sufficit, sed gratia, & status, in quo Deus nos posuit; hinc conditio status locus, tempus, Deus author gratiæ distribuit dona antecedētia; tolle quod tuum est, & vade: voca operarios, & redde mercedē. Non licet mihi, quod volo facere? vt lutum in manu figuli. Ne dicas per Deum abest. Acceperunt singuli denarios.

Prob. 2 PP. medium deberi inter gratiā & arbitriū. Aug. contra Pelagianos, ne extollas arbitrium, vt non relinquas locum gratiæ Dei, ergo media sciētia, q̄ componit gratiā cum arbitrio ꝙ non ast absolutè velle, sed cōditionatè. Bern. tolle arbitrium non est, ꝙ saluetur; tolle gratiā non est vnde saluetur, ergo medium quo salues arbitrium cū præscia, non absoluta ad vnum; sed voluntate antecedente; non vltima, sed q̄ nos vocat, inuitat, dat sufficientia. 3 Trident. Euāgeliū non est nuda, & absoluta promissio, sine conditione obseruantiæ mandatorum. 2 Trid. sess. 6. Can. 19. ꝓhibet q̄dem Dei ꝓcepta esse indifferentia; nō essēt præcepta; neq; prohibet nobis libera, aut nil ꝑtinere ad salutē. non quin obseruantia sit nobis libera ad vtrumque, si velimus. statim subdit Trident. nō nuda, & absoluta promissio, sed conditione obseruantiæ mandatorum. Can. 21 Christus Redemptor nō tm̄ cui fidāt, sed legislator cui obediant. Can. 23. iustum posse peccare, gratiā amittere. Cā. 26. iustitiā ꝑ opera nō cōseruari, augeri, & opera esse tantū signa, & fructus gratiæ adeptę, non augē de causam, anathema Can. 26 iustos ꝓ bono opere, in Deo facta nō expectare, nec sperare meritum; si benè agendo, & mādata seruent, anathema. Can 28. amissa gratia, non esse veram fidem, si non in charitate; nec esse christianū. Can. 29 post baptismum lapsum, non posse Dei gratia surgere; aut posse sola fide, sine pęnitentia, anathema. Can. 30 post iustificationis gratiā, culpam ita remitti, & reatū penæ exoluendæ in hoc, vel in futuro, antequam aditus sit ad regna cœlorum; anathema. 31 iustificatum peccare, dum intuitu mercedis benè operatur, anathema 32 bona opera ita Dei dona, vt non sint operantis merita anathema. Per Dei gratiam mereri, & Iesu Christi meritum, bona opera mereri vitam æternam si in gratia decesserint. Ex his & alijs, semper arbitrium cum gratia; nec gratia determinat arbitrium, finit ipsum; nec si gratia inclinat ad bonum, agit nobiscū bonum, non facit puiè bonū; habitus non est agere, inclinare; cum qua facimus bonum; non

quæ in via necessitet, Physicè determinet; coagit nobiscum per gratiã Deus bonũ.

Arguent Thomistę. & voluntas creata cũ agat cõtingenter, & nõ necessario; quia prius nã, poterat æquè se determinare ad vnũ, sicut ad aliud; & ęquè agere, & nõ agere; libertas potĩa formaliter, & ęqualiter ad opposita; ergo decreta antecedentia sunt proportionata causæ liberæ. ℞ potĩa actiua indifferens vt se determinet; si nõ absolutè, saltim sub conditione, volẽte Deo, vt ageret, & quid vellet. 2 si potest se determinare, nõ est determinata ad vnũ intrinsecè; secus non ipsa se moueret, tãtũ moueretur; causa quæ necessario mouetur, necessario se mouet ad vnũ, nec potest remouere, ꝙ ipsã determinat. Contra, potẽtia libera prioritate naturæ, actu ęque se determinare potest ad opposita, agere ad nutũ causæ superioris, nõ tollit indifferentiã inferioris. ℞ aliud est ad nutũ, aliud, est vt ꝑdeterminata ad vnũ; ad nutũ superioris, q̃ antecedẽter mouet, inclinat, præcipit, stat ad ostiũ dat necessaria vt velimus; at hæc nõ tollũt indifferentiã; nutus, numen, Dei prouidentia, voluntas Dei, vt motus agamus; sinit liberè agere; non esset nobis liberũ, ꝙ in potestate nõ habemus. Cõtra idẽ volendũ ab æterno cũ modo producendi in tẽpore; ab æterno Deus sine nobis. ℞ in tempore cũ voluna te creata, ita ab ęterno ꝑscius voluntatis creatæ, nõ absolutè, q2 non à se sub cõditione, in qua creatura posita esset à Deo; 2 ab æterno nõ decreuit Deus, q̃ cũ causis secundis liberè, nisi voluntate creata liberè agente, & se determinãte; Deus præscius voluntatis nostræ; homo creatus vt rectè viuere posset, si vellet, nec esset rectè viuere, nisi vellet; habuit libertatẽ, sine qua rectè viuere nõ posset. Contra, cur peccatũ punit, si ad hoc vtitur volũtas sua libertate data à Deo. ℞ iniustè Deus si nõ vt rectè viueret, sed vt peccaret, dedisset libertatem, & vindicaret in eum, qui ad hanc rem vsus est libertate; at peccatum punit, quia non ad eam rem vsus es, ad quam tibi eam dedit, ad rectè agendum. Sunt bona in corpore, August. 2 de. lib arb. c. 8 quibus etiam non rectè vti possimus; tñ quia dari non poterant, nisi ab eo, à quo oĩa bona, oculi, manus, pedes, & malè vteris; sine libera voluntate, nemo potest rectè viuere; donum *Dei*; damna eum, qui hoc bono malè vtitur, non eum qui dedit, vt benè vtaris. Contra, si voluntas vellet se determinare, Deus coageret cũ illa in tempore, ergo qa *Deus* ꝑsciuit; initium salutis ex nobis, ex voluntate liberè agente, & se determinãte. ℞ in decreto *Dei*, quo vult, vt ipsa ageret, si velit; vt ipsa inclinet; semper sunt sufficiẽtia à Deo, inclinat te Deus, concursum paratũ habes à Deo, nec

Deus cum voluntate creata, nisi liberè agente: Contra, libertas, quæ in decreto absoluto Dei, cõtinet virtute determinationẽ creatæ voluntatis. ℞ quia dat sufficientia; quia voluntatis nostræ præscius; nec voluntas esset si in potestate nostra non esset; nec per eius præsciam mihi potestas adimitur; quæ præterea mihi certior aderit, quia ille cuius præscientia non fallitur, affaturum mihi esse præsciuit. C. vltima determinatio, quæ est ex Decreto Dei, non staret amplius libera voluntas, vt possit oppositũ ℞ inuoluit nostrũ consensum; est suppositio antecedens, quæ tñ ponit necessitatem immutabilitatis; hæc immutabilitas præuisa conditionaliter ab æterno, mirificè saluat libertatẽ. vt volũtas creata potest, ait Scot. d. 48 in fine; suã mereri damnationẽ, ita potest sequi, quod voluntas Dei nõ præordinauerit; ex quo volũtas creata vult ante vltimũ decretũ, iam præuisa determinatio creatæ voluntatis. Cõtra, præscit aliquẽ peccatorũ, vtiq; peccabit, ergo etiã necessariò in præscia. ℞ non cogit eum, quia præscit voluntate sua peccaturũ; iudicat iustus, quæ fieri non cogit præscius; tua memoria non cogit facta esse, quæ præterierunt; nec Deus sua præscia cogit facienda, quæ futura sunt mala. Deus omnium, quorum est auctor præscit; non omnium, quæ præscit est auctor; quorum non est malus auctor, iustus est vltor.

An Præscia, & Suppositio antecedens inimpedibilis tollat libertatem. 10

TEmpore Sixti 4 aiunt, anno 1473. ex inimpedibili per necessariam consequentiam auferri indifferentiã; ex suppositione antecedente violari libertatẽ. ex inimpedibili non sequi nisi necessarium, cõtra Petrum Riuum; vt erronea, & suspecta Thomistæ produnt esse reprobata; prædictio Dei de peccato Iudę, & Antichristi præcedit peccatũ, & peccatũ nõ est necessariũ. Reuelationes de fide circa euentus contingenter futuros, nunc veræ non sunt, at credendę de fide sunt.

Dico. Inimpedibile vt subest reuelationi Dei, non infert necessitatem; vt præscię, & decreto absoluto Dei ad vnũ, rectè infert necessitatem, prout absolutè prædeterminat vnũ. Scot. 1. d. 39 Q necessitas immutabilitatis, nõ est absoluta necessitas, quia nõ priuat possibilẽ successionẽ oppositi ad oppositum; absoluta necessitas priuat. Quolib. 16. D. scia Dei est determinata, excludit oppositum posse succedere ei, quod inest; & ponit in Deo mutationem; ineuitabilitatis excludit omnino posse non inesse. Prob. ex Card. de Lugo de incar. disp. 26. sect. 6 nu. 72. Petrus Riuus, non ex inimpedibili per necessariam consequẽtiam, & antecedenti inimpedibili necessariò, dari liberũ: sed ex prę-

pcedenti successiuæ durationis sequi per necessariam consequētiam, necessarium, & inimpedibile; q hæreticum, & erroneum in sēsu Petri de Riuo. 2 nā Riuus; reuelationes de fide à Deo circa euentus de futuro, inferebat non esse nūc veras, nec credendas de fide; Iudas tradet; Antichristus deficiet; pōt non deficere; ergo non veræ de fide. 3 reuelatio Dei de peccato Iudæ, Antichristi, pcedit peccatum; ergo peccatum est necessariū. erroneum, & hæreticum. 4 vt subsunt reuelationi *D*ei malè de futuris contingētibus inferebat. 5 ex præcedenti successiuæ durationis, necessariū & ineuitabile inducebat; ad præteritum non est potentia. 6 de præterito Deus pręscit istum peccaturum, ergo est necessaria. At hæc oīa in præscīa *Dei* inuoluunt conditionatè consensum, præuisionem non vltimá, sed qd vellet, in ordine quo Deus nos singulos posuit, & voluit vt essemus; hæc pręuisio; hoc inimpedibile stat, inuoluit, imbibit liberū consensum.

2 Arguent Thomistę, Aluarez, Ion. à S. Thoma. 1 suppositio antecedens non tollit libertatem, sed tantum infert necessitatem suppositionis, & consequentię; ergo pręscīa ex absoluto decreto. 2 Petrus de Riuo negauit suppositionem antecedentem auferre; & ex inimpedibili non posse seq nisi necessarium. 3 vt subsunt reuelationi Dei, etiam est suppositio antecedens, Antichristus futurus malus, & est libera. 4 hęc ē vera Deus pscit istū peccaturū; sed falsum, ergo necessariò peccabit; ergo antecedens suppositio non aufert. 5 ex inimpedibili per necessariam consequentiā non sequitur inimpedibile; prędestinatio *D*ei posset à me impediri; & peccatum q Deus pręsciuit, esset necessariū. 6 suppositio antecedēs ex parte causę primę, nō infert necessitatē; quę mouet iuxta naturas rerū. 7 non suppositio antecedens tollit indifferētiam, sed necessitas antecedens; ergo nec *D*ei decreta antecedentia, q determināt, & relinquunt arbitrium. 8 pdestinatio sm̄ pręscīam atrox, *Dei* bonitatem obscurat; scripturis non consona; ego vos elegi. non ex operibus. secundum propositum.

Ad 1 suppositio, quę est necessitas antecedens, vt determinet ad vnum voluntatem; non est tm̄. suppositio, sed necessitatis ineuitabilis. 2 antecedens vt subest reuelationi Dei, & pręscię, quę inuoluūt consensum saltim sub cōditione futurum, nō derogat voluntati, hinc malè Petrus Riuus, reuelat *D*eus peccatum Iudę, & Antichristum; ergo peccatum est necessarium; sic malè de futuris contingentibus edocebat. Cōtra etiam ex antecedenti inimpedibili posset stare liberum ex parte causę proximę, quę est ex se indif-

ferens; & impediri non pōt per concursum alterius causæ. ℞ si decretum antecedens, nō est inimpedibile ex parte causæ primæ, nec absolutè determinans vnum antecedenter, & necessario. 2 ex parte causæ secundæ, nō est tantum ponere, vel auferre decretum, sed nec agere liberè cum illo, si p̄determinat; hinc Theologi dant decretū antecedens, non q̄ intrinsecè p̄determinet. Cōtra determinat Deus bonum. ℞ quū est ex parte sui: grā est ad bonū: at conditionatè relictum, si velimus bonum; secus nec meritum ad bonum; nec opera bona; nec grā, vt faciamus bona; nec libertas ad bonū. Ad 2 suppositio antecedens ex Riuo, repulsa; quia reuelationes de fide circa euentus futuros, nō esse veras, nec fide credendas; ter me negabis Petro; Iudæ vnus vestrū me traditurus; malè de futuris contingētibus inferebat, sub Dei reuelatione. Ad 3 quoad actum sciendi vt in Deo est semp manēs; quoad actum sciendi vt relatum ad actū, qui signatur egressurus à scito, dependet ad futurum; non in p̄scia Dei, in notitia nostra; ideo ex parte absolutè; at conditionatè hēt necessitatem. Ad 4 est certa præscia, vt connotat rem contingēter futuram; vt. n. quis pōt cras non peccare; ita pōt impedire, ne Deus sciuerit, vel reuelauerit meū peccatū crastinum; & est comitātia rei scitæ ad diuinā scientiam.

Ad 5 ex Sco. d. 4. D. creata voluntas nō. pōt impedire ordinem diuinæ voluntatis, impediret, si staret oppositum, sed vt potest mereri damnationem, ita comitāter sequi, quod voluntas Dei non p̄ordinarit; sic comitantia ē diuinæ præsciæ ad rē scitam. 2 inimpedibile in causando vnum, infert necessitatē effectus indifferentis; si Deus contingenter prædestinauit peccatum finale, potest facere, ne Deus p̄destinarit, si nō pōt stare oppositum, sequitur necessārium: at impedibile in dicendo, & reuelando, non tollit contingentiam, quia non est causa futuri euentus: has Riuus dabat inimpedibiles in esse. Ad 6 suppositio antecedens determinans consēsum creatæ voluntatis est necessaria. 2 si sit antecedens, infallibilis, & ad vnum præcisè. 3 si sit necessitas præcedens arbitrium. 4 si non inuoluat saltem consensum sub conditione nostri arbitrij. Ad 7 non tantum est suppositio antecedens: sed necessitas antecedens; quia est ad vnum; nec in potestate nostra; quo modo ex tuleris necessitatē, quæ derogas potestati statim præiudicas libertati. 2 suppositio antecedens, & effectus positio, vel ablatio, à voluntate non pendet. Ad 8 data prædestinatione, sīn p̄positū absolutè; non rectè infers, decreta antecedentia, & Physicam prædeterminationem; nā p̄destinatio ē solius Dei opus; at bonū agere ē

no-

nobiscum;mereri est liberè velle; hinc à nostro consensu,saltim sub cōditione præuiso ; posito ꝙ det antecedentia,ponat in statu,& ordine,quo possit benè velle , videt quid vellet. 2 etiam si prędestinatio sit ex præscientia ; quos præsciuit , & ṗdestinauit Petrus prædestinatus Apost.secundū prescietiā *Dei* patris;nō quę sit causa,sed cōditio præsupposita. 3 atrox fatū *Dei* decreto esse ad bonum, & malū,liberè,& prædeterminās ad vnū.Scripturæ prommittunt;si velimus ; si pænitentiā egerimus; si seruemus mandata , sub conditione adaptant arbitrio .

An velle Dei antecedens ,circa nostros actus,positum sit in nostra potestate ; an sit ita efficax ad vnum ante præuisionem nostri consensus , sub conditione ; vt quæ scripturæ proponunt, nobis determinent vnum. XI.

VElle Dei antecedens esse vt velimus bonū,& vnū, nulli vmquā dubiū.dona,& sufficientia ex parte *Dei* esse ad vnū , omnes sanæ mētis asserūt.at determinatos nos esse ad illud vnū,intrinsecè; physicè,& decreta Dei antecedentia esse efficacia,determinantia nos ad hoc vnū , vt ponamus illud; nequit cōponi cū vsu liberō nostræ volūtatis;nā actus,q sequitur necessario ex suppositione antecedente, & determinante cōsensū creatæ voluntatis,est simpliciter necessarius,& non liber ; q ō ies nō est in facultate voluntatis tollere,vel ponere,aut cōponere actu dissensū,cū illa antecete suppositione. imò Scotus semper;si possū aliud velle , sequitur Deū aliud posse decernere. si voluntas potest mereri dānationē , sequitur quod volūtas diuina nō ṗordinauerit . Deus creaturā rationalē ṗducit ad finē,si nō fuerit ex parte sui defectus ,& impedimētū. Velle vltima determinatione quæ potest poni ex parte omnipotētis ; volētis ponere effectū in esse;vbi si Deus sic est volēs illud erit;ergo quæ possunt esse , & non esse,nō vltima determinatione volita. Offertur Iudas peccaturus ; voluntas circa cū non habet velle; velle enim ipsū peccare non potest.

Dico.Non rectè Deus ab æterno præsciuit futuros Angelos,qa futuri erant:nā causā cur futuri essent,apud se habebat,suūDecretū:at actus liberi nō ideo futuri , quia à Deo antecedenter efficaciter ordinati ad vnū;sed quia antecedenter voliti,quantū ex parte *Dei*;at sub cōditione libera,si vellemus ; hinc prædeterminari Physicè nō possunt. *Scot.* 4. d. 49. q. 5 voluntas humana si determinetur ad vnum à causa superiore ad agendum,necessitat eā. 2 d. 44. q. 1. B. leges tm̄ vt vniuersales,sm̄ quas *Deus* operatur,sunt præfixæ à voluntate diuina. 1. d. 44. ad vlt. lex de vniuersalibus ; iudiciū de particularibus : sm̄ quas *Deus* pōt aliter agere. 1 d. 39. q. 1. G libertas vt actus primus est ad oppositos

ſitos actus,& ex his ad oppoſita obiecta,& oppoſitos effectus. libertatē noſtram, comitatur pōa ad oppoſita ſucceſſiuè, & pro eodē inſtanti. Ad libertatē potiā ad diuerſos actus,obiecta,& opera.quodlib.18.E ſola voluntas habet indifferentiā,eſt ſui determinatiua ad alterum eorum.

Prob. ſi Decreta Dei abſolutè ad vnū;quorsū SS. Patres carperēt Ethnicos circa fatum.2 ſi decretū ad vnū,efficax Dei volūtas, qua poſita illud erit;antecedens, cauſa prior abſq; eis fruſtrari nō poteſt;eſt ſuppoſito antecedens. 3 prædicere, p̃uidere Dei nō ſub infert actus precedentē neceſſitatē,ſed futuritionē de certo.4 ſuppoſitio antecedens determinans cōſensū creatæ voluntatis,eſt ſimpliciter neceſſaria,& non libera voluntati.Antec.non eſt in facultate voluntatis tollere,vel ponere ſuppoſitionē illā ℞ Aluarez eſt ſuppoſitio ex parte cauſę primę vnīliſſimę; ſi non in poteſtate,tm̄ infert neceſſitatē infallibilitatis. Contra, eſt neceſſitas precedens indifferētiā arbitrij, determinat, non ſinit arbitriū. ℞ 2 neceſſitas ex Dei voluntate,non eſt antecedens; ſi preit causā ſecundā, non primā,Dei velle.Cōtra,cui eſt antecedens, ei non eſt libera,nobis eſt neceſſatio antecedens ad vnū. 2 non eſt quęſtio, ſi voluntas Dei libera;id Pagani,& Nouatores aſſerunt.3 poſita libera Dei voluntate,antecedēte, abſolutè,quę ſit efficax ad vnū,determinās,qualiter inuulneratū perſiſtet arbitriū? 4 etiam fatū,ꝙ ita abhorret fides, nō deſtruit hominis naturā, manet in nobis velle, & nolle & eſt in ruinam libertatis.5 ſi determinatu volūtas ab aliquo,nō pōt cōpati,ꝙ poſſit velle,& nolle aliter, quā ſit determinatio,quā impedire,& repudiare nequit.6 voluntas pro priori cū requiſitis nō pōt niſi vnā partē eligere.℞ poteſt vtrāque. Contra ſtante decreto Dei non poteſt vnire diſſensū.2 Trid. poteſt quis excidere à gratia ſuſcepta;hoc eſt in noſtra poteſtate; ergo gratia nō efficax ſine noſtro conſenſu.3 Chriſtus etiā efficaciter obtulit pro electis, & his quibus ſciebat profuturū 4 ſtante p̃motione,& decreto,volitio cohiberi nequit,ergo ineluctabile fatū;vbi neceſſitas,quę derogat poteſtati vt agat aliud,preiudicat libertati. 5 ſuppoſitio decreti vltimi eſt neceſſitas ad extra;cui voluntas obſtare nequit,nec ei reſiſtere pōt.6 ſi in Deo nō ponit neceſſitatē, quia liberè ſtatuit non cōferre Iudę;in Iuda tamen ponit impoſſibilitatē habendi ſimpliciter neceſſariū ad agere;ei ōnino neceſſarium nō habere;nec in libera poteſtate vti eo, ꝙ abſolutè caruit, & quod neceſſarium erat vt bene ageret;ergo impoſſibile erat,vt ageret;& caruit ſimpliciter neceſſario ad vitandum peccatū,in eo ſtatu,quo Deus illum poſuit.℞ manet iudicij indifferen-

ferentia, quo intellect⁹ proponit voluntati obiectũ, vt bonũ amãdũ, malũ vitandũ. Contra, iudicij indifferentia stante, facultas libera in actu primo ad vnũ, inflexibiliter determinata. 2 si nõ tollit indifferentiã iudicij; tamen Deus absoluto decreto, & prescietia ita premouet, & determinat volũtatẽ; vt faciat agere, ex suppositione antecedenter ad velle. 3 etiã Christus iudicio indifferenti ad bonũ, & malũ; & tamen vnio hypostarica, aut beatitudo, vt potuit abstulit potẽtiam peccãdi; in ordine ad malũ subtractus quoque concursus à Beatis; sed cõcursus Dei preuius est tantũ ad vnũ, ergo necessitas antecedẽs, nõ libertas. ℞ Alu. necesse in sensu composito, non diuiso; cõsequẽtię, suppositionis; non cõsequẽtis, & simpliciter. Cõtra, si absoluto decreto vltimo predeterminat vnũ: iniustũ preceptum ei, vt velit bonũ, & nõ decreuit vt ageret bonũ. 2 sẽsus cõpositus, idẽ ac posito decreto, & Physicè premouente Deo; diuisè voluntas absolutè, vt sedẽtẽ ambulare est possibile in se; & qui verè sedet habet potẽtiã; cõpositè actus ambulandi coniunctus actui sedendi: & pceptũ Dei non est vt habeat pōam, sed vt coniungat actum cum pōa; ergo in sensu composito ẽ libera; si impossibilis actus, impossibilis libertas. 3 voluntas vi decreti, & concursus, ita premouetur vt illo supposito, non possit non elicere actum 4 Trident sess 6. can 4 arbitrium motum, & excitatũ pōt dissentire; nõ per se, seorsũ; & diuisè; sed compositè motum, & excitatum; ergo simul motio, excitatio cum dissensu. 5 moueri, & excitari est physicè determinari. 6 posse operari absque motione, & excitatione; & posito non posse dissentire est error. ℞ Aluarez pōt resistere, pōt non operari, nõ vt simul sint motio, p actu, & ommissio actus. Contra, eo sẽsu possunt esse simul; quo sensu ẽ posse; sub motione, & decreto pōt dissentire, ergo simul si velit; actu dissensus, cum motione; ergo nõ determinat ad vnũ. 2 sub decreto hẽt posse; ergo sub decreto etiam stat dissensus; ergo non est absolutè, vltimo ad vnum. 3 cum decreto attemperato per sciam mediam; aut cum Scoto, cũ Decreto antecedente, quũ ex parte sui, non vltimo. cum Thom. cum voluntate antecedenti, cum Bonauentura. Alens. Magistro cum voluntate signi, quo Deus dat vt vellet, & vellet nos facere; stant simul facultas arbitrii, sufficiẽtia ex parte Dei; Deus paratus; & cõiunctio dissensus circa ea, q̃ nos pcipit Deus. ℞ Alua motioni, vt motioni, & entitas resisti potest; vt instrumento Dei resisti nõ pōt; non est q possit tuę voluntati resistere. Contra, voluntas Dei in esse absoluto, vt vltima determinatio, voluntas beneplaciti, consequens, in his, quæ pẽdent à caus

sis

sis liberis, non est absque consēsu conditionatè præuiso; ꝑmittit vt velimus; videt si via iniquitatis in me est. 2 si ab intrinseca differentia, & stante absoluta ꝑfinitione Dei; non potuit pęnitere; 3 si potuit non pænitere, ergo decretum Dei, non absolutè, ex se ab intrinseco efficax. 4 si decreto Dei nec resisti, in actu nostro libero resisti nō pōt; ergo nō pōa ad resistēdum. ℞ non est pōa vt resistat decreto; sed ad effectū eius, & sic libertas. Contra, decretum est vt effectus fiat à nobis; ergo nec libertas ad effectum. 2 ꝑmotio vt subest decreto, & volūtati efficaci ad vnum, nequit frustrari; ergo nec potentia vt resistat. 3 ꝑmotio indefectibilis supponit voluntatem, est efficax antequam velimus nos, determinat nos; physicè præmouet nos; ad vnum agit nos; non præcisè præmouens, adiuuans, inspirans, inclinans, sed physicè vnum faciēs, ante nos: hoc impossibile; si velit Deus vt faciamus nos.

Arguent Thomistæ. 1 si non esset voluntas Dei efficax antecedens ad determinandum nostra, initium boni esset ex nobis. ℞ Deus creauit arbitrium, voluit vt vellemus, dedit sufficientia, quibus vellemus; si vltimo decreto voluit, ipse voluit: at si fecit actus nostros ante nos, non facimus nos. Contra, pedissequa voluntas Dei. ℞ Deus voluit, vt vellemus nos. 2 Deus dedit arbitriū, sufficientia quibus vellemus. 3 effectus absolutus, voluntas vltima, exercet quod voluntas eadē increata, signi, antecedēs, ꝑcipit & volūtati Dei fit conformis; nec aliud à Deo volumus, si quod ꝑcipit velimus. Contra, voluntas increata numquam aliquid actu vult, nisi prius voluntas increata aliquid velit. ℞ effectu absoluto, voluntate efficaci, non vt signum consonum voluntati increatæ, & vt voluntati Dei fiat conformis. Contra; physicè decreta extrinseca inferunt intrinsecam; ergo scripturæ, quæ dant extrinseca, non tollunt intrinsecam; Sequela; quæ voluit fecit. statuit ea in æternum; non mea sed tua volūtas fiet. ℞ extrinseca, quæ antecedunt qnm̄ ex parte sui, circa nostrum velle; non determinant nisi velimus; nisi nostro consēsu. 2 nihil absolutè nisi velit, vel faciendo, vel sinendo vt fiant. Cōtra, scia de futuris sub conditione, & voluntate antecedente si vellimus; adhuc adstringit, vt præuisa, & præcognita velimus. ℞ si voluntas aliter non sit operatura, nisi vt ꝑsciuit; tamen quid esset futurum, cum nobis præsciuit. 2 nō est absolutè effectus, sed tm̄ sub conditione si vellet, sic voluntas tua fiet; sic fecit quæ voluit. Contra, si voluntas cum Decreto absolutè ad vnum, aliter nō faciet, pōt tamen aliter operari. ℞ impeditur impedimento contrario essentialiter alteri; decretū agēdi, est

est oppositũ vt nõ agat; vnũ extrĩ secũ cõtrariũ alteri extrinseco, cũ quo é impossibile; sic aliud necessario est impossibile. C. põt diuina inspiratio rei jci, non ex potiã, quæ sit reducta ad actũ. R quæ potiã, quæ nũquã erũpet in actum, aut quæ implicet esse sub actu. 2 nec Caluinus, & Luther, decreta, & gratia tollunt potias; manent potię ad actus oppositos, at non coniunctos cũ illis habere possũt à Deũ, quæ futura essent ex nobis præuidisse; atvt ita fierent decreuit; quia voluit, sic scripturæ. Cõtra, qd causæ secundę facerẽt, his vel illis circumstãtijs, potius coniecturæ. R coniecturas in Deo, le uc iudiciũ; omnia sibi pñtia, & certò; scrutator cordium; imperfectũ meũ viderũt oculi tui. scito cor meũ. Cõtra, Deũ nõ posse certo; nec iudicium ferre, quid foret aut esset absq; Deo. R semper cũ Deo, & à Deo; quia volente Deo, vt velimus; nõ decreto absoluto vt vnũ velit prius De⁹; secus De⁹ vellet, nõ fineret nos velle. Cõtra iniuriã irrogat Deo, hic imperfectus modus cognoscendi, & sciẽdi si velit; nec superior Angelis, qui coniecturis agere solẽt. R hic nõ est tutũ negare infallibilẽ, & certã notiã futurorũ in *Deo*. Aug. de bõ. perseu. c. 10. ad lib. Arbitr. pertinet vt sit Dominus sui actus, cuiusuis actus à priori agẽte causatus, agens non Dominus actus. Thom. 2. d. 25. ar. 1. arg. 3. necessariũ, ꝙ determinatũ ad vnũ, volũtas indeterminatè se habet. 22 q. de ver. ar. 6. respicit scientia, & voluntas Dei causam secũdã, qua ꝓuidet rẽ futurã. Valdensis 1 fidei art. 1. c. 18, respectu præsciẽ, & prędestinationis, non est necessitas præcedens, sed cõsequens. necessitas pręcedens ad vnũ, obligat euentus, Anselmus.

An Dei præscia actuum nostrorũ sit causa prior independens à futuris sub conditione, & suppositio antecedens. 13

NOuit Deus præparare volũtatem, cum causarum cõcursu, vt conditiones maneant, & ineffabilis præsciæ Dei, & liberæ nostræ voluntatis consensus sequatur; mirabilis facta est scia tua ex me, Nouit Dñus qui sunt eius. Dñe probasti me, & cognouisti me. hinc, ꝙ vnus pænitet, nõ alter, nõ qa decreto absoluto, vltimo velle, hic ꝓdeterminatus, nõ ille, sed quia Deus antecedenter oẽs voluit quãtum ex se; & pro statu, ordine, donis in quibus homines liberè posuit, vnus à grã cadere posset si vellet, noluit obedire; nec dona Dei eius nãtæ, vt cum eis non possit componi assensus, vel dissensus; & cõpensatis omnibus, q̃ pôam indifferentem constituũt, in potestate hominis est, vt dona Dei sint efficacia, & cum effectu; aut tũ sufficientia; imo Iudas si voluisset, potuisset non peccare; sufficientia, & necessaria habuit ad nõ delinquendum; de-

liquit, quia voluit, & Deus præuidit, quod ipse sua voluntate futurus finaliter malus, cum donis, quibus & ipse, & alij si eis data fuissent, à magnis peccatis conuersi fuissent.

Dico Præscia absoluta, & volūtas Dei efficax, est prior in esse absoluto, quam futura absoluta; at præscia sub conditione præcedit velle absolutū 1 d 1.q.1. ad 2 in naturalibus causam determinari ex parte sui, est habere formam in esse quieto, quia caulet in liberis causam esse determinatam est habere volitionē talem respū volibilis; ergo non decreto antecedenti, nec præuia motione. 4 d. 1.q.1.in fine, causa secunda hēt formā actiuā in esse quieto; agere virtute alterius, est tm̄ habere ordinem ad illud, non q̄ motione vt instrumentum recipiat formā, q̄ agat; sed determinatus ordo in agendo effectum cōmunem. d.12.q 3 A influentia agentis superioris in inferiori, non forma tunc causata, tm̄ ordo causarum ad simul agere. 1 d. 35. L prima causa sub rōne absoluta; effectus & causa referuntur mutuis relationibus actionis, & passionis; inde causæ secundæ dependent in fieri à concursu Dei. quodlib. 3 P. influere in causas, reddere agentes per suū cōcursū formalem, nomine actionis signatum. 1.d.41 d.47 Deum scire hūc peccare, qa scit se coöperaturū. 2 d.37.quest.v nic. ad argum. multa Deum velle voluntate signi, ac phibita voluntate beneplaciti; p̄cepit Isaac immolari, antecedēter; visa obedientia phibuit. p̄hibuit Adæ de ligno vitæ, visa inobedientia expulsus fuit. 1 d. 38.39 à diuina voluntate, qa absoluta quoad voluntatem cōcurrendi; si non hēt esse absolutum sub diuina præscia absque volūtate; scit tamen suum concursū, & velle dare ad effectus earum; effectus indifferentes. 1. d. 40. si De⁹ non exhibet concursū indifferentem; sic fallibilis, incerta Dei p̄scia, est sufficiens ad ponendum effectum, qm̄ ex parte sui, si creaturæ agerent; nec cōditio ex parte Dei, sed termini, & obiecti scia practica est dictatiua nōa rei operabilis; virtute includit principia & conclusiones practicas. 1. d. 39. D. si scia immutabilis, pōt scire aliquid, q̄ non scit. 2. d. 7. N. de homine adhuc in via, nō est iudicium per legem; pōt saluari; reuelatio diuina tm̄ de malis, q̄ sunt in termino, non de viatoribus. L pōa ordinata regulis p̄determinatis à diuina sapia, si finaliter non penitebit, Deus non præordinauit dare gratiam. vbi ceciderit lignum, illic erit.

Prob. 1 ex scripturis. Deus, dū est homo in via, semper recipit reuertentes; at hoc non absoluto decreto, & vltimo; cuius voluntas fiet; ergo quia decreto sub conditione p̄uidit, qd vellemus. Ant. Gen. 8 columba reuersa est

ad

ad Noe in Arcam; extendit manum, & apprehendit eam. Deut. 30 cum ductus penitudine fueris, & reuerſus ad Dñum, miſerebitur tui. 1 Reg. 30 Egyptium derelictum ſuſcepit *Dauid.* 2. 14 nō vult Deus perire animā: ſed retractat cogitans, ne penitus pereat, q abiectus eſt. 38 ſi quis agnouerit plagam cordis ſui, repropitiaberis, & facies vt des cuique sm̄ vias ſuas, & vt videris cor eius. 2 Paralip. 37 ſecundum bonitatem tuam repromiſiſti penitentiam remiſſionis. Tobiæ 3 ſi quis in corruptione peccati, ad mīam venire licebit. Iob 30 non ad cōſumptionem emittit manū ſuā, & ſi corruerint, ipſe ſaluabis. Pſal. 39 mīa, & veritas ſemper ſuſceperunt me. Sap 11. parcis omnibus, tua ſunt Domine, qui amas animas. Iſai. 43 ego deleo iniquitates tuas ꝓpter me; & peccatorum tuorum non recordabor. 49 ſi mater oblita fuerit filij vteri ſui, ego nō obliuiſcar tui Ierem. 3 fornicata eſt cum multis; reuertere ad me; & ego ſuſcipiam te. Ezech. 8 numquid volūtatis meæ eſt mors impij, & non vt conuertatur, & viuat? 18 ſi impius egerit penitentiam omnium iniquitatum, non recordabor amplius. 33 nolo mortem impij, ſed vt cōuertatur a via ſua mala, & viuat. Oſeæ 14 ſanabo contritiones eōrum, diligā eos ſpontaneè. Ionæ 4 tu doles ſuper Ederam, in qua non laboraſti, & ego non parcā Niniue? 2 Maccab. 5 q derelictus eſt in ira *Dei*, iterum in magna Domini reconciliatione cū ſumma gloria exaltabitur. Matt. 18 miſertus *Dom*inus ſerui illius, omne debitum dimiſit ei. Luc. 18. vidit illum Pater, & miſericordia motus, cecidit ſuper collum eius. 23 Pater dimitte illis. Ioa. 1 ecce agnus Dei 11 quatriduanum fętentem ſuſcitauit. 2 Timot 2 fidelis, & ſeipſum negare non pōt ergo decreta ante noſtrum velle non ſunt abſoluta, ſed ſub cōditione ſi velim'; cōditiones nō ſūt de nouo apud Deū, ergo ꝓuiſio.

Prob. 2 ſub conditione loci, & temporis *Deus* ꝓmittit pœnas, & præmia, Iob 8 ſi diluculò conſurrexeris ad Dñum, & omnipotētem fueris deprecatus. Ne tardes conuerti ad *Dñum.* Ierem. miiu' in cælo cognouit tempus ſuum. Trenor. ſi non vigilaueris, virga ad puniendum vigilabit. Apoc. de dī tempus, vt penitentiā ageret, & non vult pænitere. Lucæ, tres anni, ex quo venio quærens fructum; ſuccide eam, vt qd terram occupat? Ad Rom. Ignoras? quia benignitas Dei ad pænitentiam te adducat? Marc. 9 ò generatio incredula, quādiu apud vos ero, quamdiu vos patiar? Greg. tempus ad penitentiam peragendā pollicetur. Pſal. Tempus faciendi diſſipauerunt legem tuam Ion. 3 quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus. Matt. orate ne fiat fuga veſtrā hyeme, vel ſabbato, quādo nō pōt, nec licet operari. Vo-

caui,& renuistis.Ierem.si non audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ. Nu. 14 nolite rebelles esse contra Dominum.Iob 19 seruum meũ vocaui, & non respondit mihi. ore pprio deprecabar illum, alitum meum exhorruit. Galat.O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati.Matt.22.misit seruos vocare inuitatos,& noluerunt venire. Oseæ,non dabũt cogitationes, vt reuertantur ad Dominũ,quia spiritus fornicationis in medio eorum. Psal. filij hominũ vsq;quò graui corde? nolite obdurare corda vestra.Secũdũ duritiam tuam, & impænitẽs cor thesaurizas tibi irã; ergo nostra malitia, & negligentia; nõ absoluto decreto ante præuisionem, nè mutatio in Deo.

Prob.3 Custodia post conuersionem pcipitur,sub conditione, & nostræ diligẽtiæ committitur. Deut.4custodi teipsum,& animã tuã sollicitè.Cauete ne fortè decipiatur cor vestrum.Prou. 4 omni custodia serua cor tuũ. 16 custos animæ tuæ seruat vitam tuã. Luc.17 regnum Dei intra vos est, custodite,qa thesaurus maximus est. Apoc.16 beatus qui vigilat,& custodit. Ecclesia, nulla nocebit aduersitas; si nulla dominetur iniquitas.

Prob.4 Sequela Domini in nostra potestate; non Dei absoluto decreto, sed tm̃ vocatione,& inspiratione, ac præcepto libero; Gẽ.7 egredere de domo tua. Iudic.5 spontè obtulistis animas vestras ad periculũ, benedicite Dominum. Ezech. 20 in odorũ suauitatis suscipiam vos, 1 Machab.q hẽt zelum legis exeat post me; oĩs voluntarius in lege, qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos. Matth.16 si quis vult venire post me, abneget semetipsum.19 vos qui secuti estis me.Lucę 5 relictis omnibus secuti sunt eum.1 paralip.12 si pacificè venistis ad me. Deut. 11 propono vobis benedictionem,si obedieritis mandatis Dñi. Matt. 18 si vis ad vitam ingredi,serua mandata.

Prob.5 sub conditione, grata, & rata esse Deo opera nostra;& q̃ pcipit, sub conditione nostra. Gen.7 vniuersę aues ingressę sũt ad Noe in archam. 12 egredere de domo tua, & cognatione tua, & veni in terram, q̃ monstrauero tibi; monstrare non est absolutè determinare. 19 surgite egredimini de loco isto, quia delebit Dñus ciuitatem, & visus est quasi ludens; ergo adhuc ipsi poterãt pcaueri; nec aliud absolutè decretum, nisi ad quod puidit.ibid. ne stes in omni circa regionẽ,sed in monte saluum te fac,ne pereas ergo semper per nos abest, non decreto.ibid.Ascendit Loth de Segor, & mansit in monte; ascẽdit liberè. 22 vade offeres eum in holocaustum. Appellauit nomen loci illius *D*ominus videt; non determinat.28 Dominus in loco

loco isto, & ego nesciebam; ergo aliud ego cogito; nec viæ eius viæ nostræ. 28 Domus *Dei*, & porta cæli; hæc ad visionem. 32 apud Labat peregrinatus sum; nunc ad Dñum meum, vt inueniam grãm in conspectu tuo; nil decreto absoluto respũ nostri. 34 in hoc valebimus fœderari, si esse volueritis similes nostri, habitabimus vobiscum; si circumcidi nolueritis tollemus filiam nostrã, nil absolutè Deus ante nos. Ibid, viri pacifici sunt, & nolunt habitare nobiscum; si circumcidamus masculos nostros, ritũ gentis imitãtes, substantia, & cuncta, q̃ possident nostra erunt; vt vnum simus cum Deo, & vnus populus; sub coditione si fecerimus. 3 surge Iacob ascẽde Bethel; mundamini, mutate vestimẽta vestra, & faciamus altare Dño; nil absolutè, ante cõditionẽ, si faciemus 41 eductum de carcere Ioseph, totonderũt, & veste mutata obtulerũt Pharaoni; sępè mali alterant bonos. Gen. 2 nolite me retinere; Dñus direxit viã meã, dimitte me, vt pergã ad Dñũ meũ; dirigit Deus, ostendit viam, possumus retineri, & nõ pgere. 30 dimitte me vt reuertar. Apoc. 2 memor vnde excideris, age pęnitẽtiã; sin autem veniã tibi citò. 1 cor. 7 auferte malũ ex vobis. Phil. 3 in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat; hæc insinuant non absolutè volita, sed conditio cum nobis.

Prob. 6 ad idẽ scripturæ, vbi propria volũtas dãnatur, bona commẽdatur. *Deut.* 12 nõ facietis ibi, q̃ nos facimus hic hodie; singuli q̃ sibi rectũ videtur. iud. 17 quisq; q̃ sibi rectũ videbatur, hoc faciebat. Ecc. 18 post concupiscentias tuas nõ eas; à volũtate tua auertere. Isa. 58 cũ nõ facis vias tuas, tunc delectaberis sup Domino. 8 post cogitationes nostras ibimus; quisq; prauitatem cordis sui mali faciemus. 44. sermonẽ, quem locut' ad nos in nomine Dñi Dei nostri, nos audiemus ex te; faciemus q̃ egredietur de ore nostro Oseæ 10 cõfundetur Israel in voluntate sua.

Prob. 7 scripturæ, vbi voluntatẽ Dei per modũ deprecationis fieri postulamus, & meriti; Nec si nostra voluntas determinata esset à Deo, rogandũ vt fiat, fiat voluntas tua. qui facit voluntatẽ Patris, qui in cælis est, ipse frater, soror, mater est. Abneget semetipsũ. Nõ sicut ego volo, sed sicut tu. seruus cognoscẽs volũtatẽ Domini Dei sui, & nõ facit sm̃ voluntatẽ eius, sed suã, plagis vapulabit multis; meus cibus vt faciã voluntatem eius, q. misit me. Vnusquisq; abundat in sẽsu suo. Vt liberi, nõ quasi velamen habẽtes malitiæ libertatẽ, sed sicut serui Dei. Qui facit voluntatẽ, manet in æternũ; ergo voluntas Dei, si determinat quãtũ ex parte sui, nõ determinat libertatẽ; sed propria volũtas se determinat; imò, & Christus libere, meus cibus vt faciã volũtatẽ ei',

qui

qui misit me; non quaero volūtatē meā, sed eius qui misit me. descendi de caelo, vt faciā volūtatē eius q misit me.

Prob 8 scripturae, in quibus liberè Deo, & praeceptis resistunt homines. Numer. 16 ante oculos nostros, vis eruē? nō venim'. Deu. 9 vocē eius audire noluistis; sed semper fuist rebelles à die, qua noscere vos caepi. 11 en propono in cōspectu vestro hodiè maledictionē, si nō audieritis mandata Dñi 17 qui superbierit, nolēs obedire sacerdotis imperio, morte moriatur 21 si genuerit homo filiū cōtumacē, qnō audiat Patris, & Matris impiū, & coercitus obedire contempserit, lapidibus cū obruet populus. Isai. 57 propter peccatum percussi eum, auerti faciem meā; contristatus est ambulauit tristis & sanaui eum, & cōsolatus sum eum. Iosu. 1 qui cōtradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus, quos p̄ceperis ei, moriatur. 1 Reg. 8 non te abiecerunt sed me, ne regnem super eos. 3 Reg. 13 vir Dei, qui inobediens fuit ori Domini percussus est à Leone. Iob 11 vir vanus in superbiam erigitur, & vt pullum onagri se liberum natum putat, quia absque lege, quia recalcitrat; quia non percipit, quae *Dei* sunt. Psal. 148 ipse dixit, & facta sunt; nunc precipit & non fit. Ierem. 7 loqueris ad eos, & non audient te. Osee 4 populus tuus sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti. 10 non est rex in nobis, cui obediamus, non enim timemus Dominū, Luc. 6 quid vocatis me Domine. *Domine*, & non facitis quae dico? 19 nolumus hunc regnare supra nos. Rom. 5 per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi. 13 qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. 2 Cor. 10 in promptu habetis vlcisci omnem inobedientiam. 2 Tessal. 3 si quis nō obedit verbo nostro, ne commisceamini cum illo. Hebr. 1 omnis praeuaricatio, & inobedientia accepit iustam retributionem. Iudae 5 vè illis q in contradictione Chore perierunt; qui contradicit futuri suo; contradictio, inobedientia, resistere, non sunt notae praedeterminationis.

Prob 9 *Scripturae*, liberè homines, ac meritoriè Deo obediunt, & conditionatè praemium datur eis. Deut. 11 propono vobis benedictionem, si obedieritis mandatis Dñi Ge. 7 fecit Noe, q̄ mādauit ei Dñus. 22 quia non pepercisti filio propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū. in semine tuo benedicentur oēs, qa obedisti voci meae Deut. 12 q̄ precipio tibi, hoc facito *Domino*. 17 facies, q̄ dixerint qui praesunt, & docuerint te iuxta legem, & sequeris sententiam eorum. 10 omnia, quę praecepisti faciemus, quo miseris ibimus, vt obediamus in cunctis Moysi, sic & tibi. Iosue 10 obediente Deo voci hominis & homo non obediet voci *Dei*?

psal.

psal. 17 in auditu auris obediuit mihi. Tob 5 omnia q̃ præcepisti mihi, Pater faciam. psal. 107 paratum cor meum Deus, paratum cor meum prou. 21 vir obediens loquetur victorias. 19 qui custodit mandatum, custodit animam suam. qui negligit viã suã, mortificabitur. Ecc. 4 melior obediẽtia, quam stultorum victimæ, qui nesciunt, q̃d faciant mali. Eccl. 3 q obedit Patri, refrigerabit matrem; Ecclesiam. Iere. 35 obediẽtes simus iuxta oĩa, q̃ p̃cepit. 2 Machab 7 non obedio p̃cepto Regis, sed legis. Ephes. 6 obedite parentibus vestris in Dño. Philipp. 2 facite sine hesitatione, vt sitis sine q̃rela, & simplices filii Dei. Tit. 3 admone illos, principibus, & potestatibus obedire; ad omne opus bonum paratos esse, Hebr. 5 didicit ex his, q̃ passus est obedientiã. Actor. 4 si iustum. vos potius audire, q̃ Deum, iudicate. 5 obedire oportet magis Deo, quã hominibus. Bern. vir obediens non p̃crastinat, parat aures auditori, linguam voci, pedes itineri, manus operi, se totum recolligit, vt mandata peragat imperantis. Vtatur intellu in bono, quo & in malo vti potest. Ioan. 7 si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite. 9 oportet operari donec dies est. Leuit. 16 si audieritis me, frustra seretis semẽtem, q̃ ab hostibus deuorabitur. Ezech. 3 si conuersus fuerit iustus à iustitia, & fecerit iniquitatem, non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit. Matt. 6 si oculus, seu intentio nequã; totũ corpus, cõgeries operum tenebræ. Ioan. 12 si q̃s mihi ministrauerit, vbi ego sum; illic & minister meus erit; Honorificabit eum Pater meus, qui in cælis est. Ex his, & omnib' semper opera, virtutes, merita in nostra libertate; nec p̃determinata; imò sub conditione relicta ad præmium.

Probant Patres; Decreta Dei quã ex parte sui, antecedentia, non esse vltimo decreta, sed conditionata, & attemperata nobis. 1 Ciprianus tract. 4 de mortalit. qualem te inuenit Deus, cũ vocat, talem pariter & iudicat; sciãt oẽs Ecclesiæ, quia scrutator renum, & cordis Deus 2 Hieronym. Damaso, Deus q nullis contra se viribus superari põt, publicani p̃cibus vincitur; Niniue fletibus stetit. Christus in paradisũ de Cruce latronem intulit. Pater p̃digũ filium reuertentem lętus amplectitur; ouicula, q̃ remanserãt, humeris boni pastoris aduehitur. Greg 4 Dial. c. 43 voluissent iniqui sine fine viuere; vt potuissent sine fine peccare. Hier. in Amos c. 9 si agamus pęnitentiam, ipse quoque suę pęnitebit sententię; si negligentia dissoluamur, & illũ pęnitebit sponsionis suę, & p̃miss a mutabit; hęc non p̃uisione absoluta, sed conditionata. super Dan. ad c 4 si p̃dixit sententiam, q̃ mutari non põt, cur hortatur ad

si eleemosinas pauperum, vt sẽtentia *Dñi* cõmutetur. ibid. bona agenti se asserit polliceri, & si malè fecerit, dicit se suam mutare sententiam; nec *Deus* hominib', sed vitijs irascitur, q̃ in hõne, si nõ fuerint, non punit; ꝙ mutatũ est. 5 Orig. hom. 3. ad c. 3. Iudic. si te ipse emendaueris, si te ipse correxeris, pius est *Deus*, & misericors, q vindictã temperet ab eo, qui illũ penitendo pueñit. 6 Aug. hom. 50 ca. II. iudicet seipsum homo dũ põt, mores conuertat, ne nolens, præter volũtatem à Dño iudicetur. hom 41 si fecisse penitet, cur adhuc facis, q̃ malè fecisti; si adhuc facis, certè non es penitens. Hieron. ad Rustic. de penitentia; septies si iustus cadit, per penitentiã resurgit; si conuertatur peccata donantur, nec iusti vocabulum amittit. Ibid. de penitentia Dauid; qui sua confessus peccata, statim meruit audire, Dñus abstulit; corruptæ cicatrices à facie insipientiæ meę; fœditatem in sanitatis decorem commutat; qui sua confessus peccata, & dixerit, putruerũt, corruptæ sunt cicatrices. 8 Ambros. in pol. Dauid: *Dñm* dolor intimi mouet affectũ; vt Nathan, dicere, q̃m te penituit, & *Dñus* transtulit peccatum tuum. 9 Hierony. ad Rust. vnum scelus Achab, & Iezabel, conuersus ad penitentiã Achab pena differtur in posteros; Iezabel in scelere perseuerans, præsenti iudicio condemnatur. Christ. de repar. lapsi; talis, mihi crede, pietas Dei erga hões, vt nũq̃ spernat, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Idem, si ad summũ quis pueniat malorũ; inde velit reuerti ad salutis viam, suscipit, amplectitur. idem; si non potuerit quis explere omnẽ satisfaciẽdo ordinem, qualem breui tempore gestã, non respuit, suscipit, nec patitur, quis exiguę cõuersionis pdere mercedem. Idem, Dñs ad Eliam, vidisti Achab; quia fleuit in conspectu meo, non inducam malum in diebus eius. 10 Greg. hom. 10 in Ezech. si eius penitentia placuit, qui timebat pdere psens sæculum; quomodo meror amaritudinis, qui amittere timent Deum. Hieronym. in Proem Ione. Niniue predicãte Iona ex penitentia meruisse veniã, sed quia ad vomitum redijt, ex ira Dei subuersa. Idem in Prol. Naum. Niniuę ne diuinę irę interitum sustinerent, penitentiam egerunt, accepta misericordia grauioribus se criminibus implicati, Dominus zelans, & vlciscẽs Dñus. 11 Aug. de ver. & fal. penit. c. 5 reꝓbat perfidos, dicentes semel peccantibus pœnitentiam pdesse, quis non semp peccaret, si semper posset redire. errant nimium, imò ideo multo displicẽt, quia semper psto est ea destruere. destruit ne soluatur quod creauit, ne corrumpatur ꝙ amauit. infra. nec dicant, quem cœcum bis illuminauit, quem leprosum bis

bis mundauit? ideo nõ scribitur aliqs, nisi semel sanatus, vt quisque timeat mergi peccato; ideo tot claudos, tot aridos, tot cœcos, ne desperet de se peccator. toties opus miserantis, quoties confessio pęnitentis. qualis medicus, qui malũ iteratũ nesciret curare. qui me confessus fuerit; qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. Septuagies septies. Infra, sciebat enĩ sæpe iustos ad veniam venire; vt quotidiana offensio, quotidiana remissio. nisi misericors, perseueraret in petitione, nõ docuisset pſistere, dimitte nobis debita; hæc non insinuant decreta absolute vltima, antecedentia, q̃ physicè vnum determinent. 12 Aug. ad Maced. epist. 54 si peccator nobis dicat, aut date mihi eundem iterum pœnitendi locum, aut desperatum me permitte, vt faciã quidquid libuerit; & si me à nequitia reuocatis; dicite an prosit ad vitam futuram; si fleuero, si vixero melius; si charitate, quæ operit multitudinem flagrauero ardentius in pauperes; si me pęnitendo vehementius, q̃ prius excruciauero. qs nostrum ita desipit, vt huic homini dicat, nihil tibi ista ꝓderunt in posterum, vnde saltem huius vitę suauitate pfruere? auertat Deus tam immanẽ sacrilegij dementiam. 13 Esychius super Leuit. Cõtra Nadab, & Abiù, non poterat exuri peccatum in conspectu Domini, cui cũcta aperta sunt; nec placet Deo qui iniustitiam corde inclusam, & se penitentiam agere phibet; indignus remedio Iudas, quia nõ pura mente pęnituit, vt verè pęnitenti nunquam venia negatur, falsè nunquam indulgentia datur. 14 Chrisost. hom. 31 in c. 11. ep. ad Hebr. pœnituit Iudas, sed malè, laqueo se suspendit. Esaù lachrimæ non pænitentiæ animi volentis, indignationis internæ: non negemus peccata, nec impudentia duros efficiat; sponte peccata puniamus, ne pendamus nõ sponte supplicia. Infra Cain. vbi ẽ Abel nescit, & peccatum reddidit grauius. Adam vbi es? & timet quia nudus; bonum vt quis peccata agnoscat; delictorũ nam tale remedium, vt continua memoria, ad dolorem; glosa, non delectationem. 15 Ambros. 2 de pœn. c. 11 in salicibus suspendimꝰ organa; nam canticum Domini in terra aliena; si caro menti repugnat; filia babylonis misera, qa Babylonis filia, q̃ Dei filia esse desinit. 16 Hieron. in Matt. ad c. 27 si frater peccat in fratrem, vt emendare valeat, potest ei dimitti; sin autem vt permaneant opera, frustra assumitur pænitentia, time ne oratio fiat in peccatũ. 17 Leo Papa serm. 3 de pass. infelix Iuda, quem non pænitentia reuocauit ad Deũ, sed desperatio traxit ad laqueum. 18 Greg hom. 10 super Ezech. pluit Dominus sup vnam Ciuitatem, & super aliam

